tibus] scz pfecte. incipiebāt tñ iam aliquantulū credere [et mirantibus]. s. de rei nouitate [pre gaudio] scz pātie eius prīo qdez territi: sz postmodū gauisi. vt pz ioh. xx. Gauisi sunt discipuli viso dño. Et postq̄ xp̄s discipulis resurrectionē suā pbauit p visum et tactū tunc post hoc stati pbauit eā p gustū di. [Habetis hic aliquid qd māducet. At illi obtulerunt ei ptem piscis assi et fauū mellis] Ipse eni erat piscis assus p humane nature passionē. vnde glo. piscis scz in gñe passionis assatus et fauus mellis p diuine nature dulcedinē. Hor. Hec duo designāt duo que deo offerre debemus. s. piscē assuz per carnis mortificationē: et fauū mellis p mētis deuotionē [Et cū māducasset corā eis] scz ad maiorē certitudinē vt testes essent de visu [sumens reliquas dedit eis] scz ad maiorē pbationez q veraciter residuū māducasset et postq̄ xp̄s pbauit resurrectiōez suā q̄tū ad visum tactum: et gustū. hic pbat eaz q̄tuz ad auditū dicens [Hec sunt verba q̄ locutus suz ad vos cum adhuc essem vobiscum] scz in carne mortali ante passionē meam [quoniā necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me] vt ptz Mathei. v. Donec trāseat celum et terra iota vnū aut vnus apex non preteribit a lege donec oīa fiant [tūc aperuit illis sensum] id est itellectum p grām internā vt intelligerēt scripturas [et dixit eis Quoniā sic scriptum est: et sic oportuit christuz pati et resurgere a mortuis et predicari ī nomine eius penitentiā] scilicet ex parte hominis [et remissionē peccatorum] ex parte dei: cuius solius est peccata dimittere. Actuū. iiij. Non est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri [in omnes gentes] non vnam tantum: vt pz Mar. xvi. Incipientes a hierusalem quia hierusalē est in medio terre habitabilis: et ab illo loco conuenienter incipit predicatio euāgelij vt apostolos et alios christi discipulos circunquaq; per orbem dispersos: in omnē terram exiuit sonus eorū predicationis: scdm q prophetatum fuerat in ps. xviij. In omnem terram exiuit sonus eorum. Et in signum huius christus in die ascensionis mittens discipulos suos dixit eis. Ite in mundum vniuersum predicare euangeliū omi creature. ¶ Circa presens euangeliū vbi dicit. Stetit iesus in medio discipulorum. Notandum q iesus post resurrectionē suam in medio discipulorum suorum stetit. ī hoc docet nos mediū tenere in cūctis verbis et operibus nostris. Locus eni medius tutus est. Exemplū. si cordā in cythara artifex tēdit multū rumpitur. si parū murmurat vel nihil sonat. si mediuz dulciter cantat. Sequitur hic in euāgelio. Cum manducasset coram eis. Queritur vtrū resurgentes amplius comedant et bibāt. Rñdet hug. de prato q nec boni nec mali amplius comedunt nec bibunt. ad quid eni comederent beati q̄ nunq̄ famescūt vt apoc. vij. Sciī non esuriēt neq; sitient amplius. Damnati aūt si famescant non habebūt quid comedāt. Et si obijcit q xp̄s post resurrectionem comedit. Dicēdum est q non comedit propter necessitatē vel delectationē: sed vt ostenderet se eundē eē qui prius cum eis comederat et biberat.

¶ Sabbato euāgelium secūdum Johannem. xxi.

In illo tpe. Manifestauit se iteruz iesus discipulis suis ad mare tyberiadis. Manifestauit autem se sic. Erant autem simul symon petrus et thomas qui dicitur didimus: et nathanael qui erat a chana galilee et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis sy-

mon petr⁹: vado piscari. Di=
cunt ei. venimus ⁊ nos tecū
Et exierunt ⁊ ascenderūt in
nauim et illa nocte nihil pre
diderunt. Mane autem iam
facto stetit iesus ī littore: nō
tamen cognouerunt discipu
li quia iesus est. Dixit eis ie
sus. Pueri nunquid pulmen
tarium habetis? Responde
runt ei non. Dixit eis. Mit=
tite in dexteram nauigij rhe
te et īuenietis. Miserunt er
go: et iam non valebant illō
trahere pre multitudine pi=
scium. Dixit ergo discipul⁹
ille quem diligebat iesus pe
tro: dominus est. Symon pe
trus cum audisset quia dn̄s
est tunica succinxit se. Erat
enī nudus ⁊ misit se in mare
Alij aūt discipuli nauigio ve
nerunt. non enī longe erāt a
terra: sȝ quasi cubitis. cc. tra
hentes rhete pisciuȝ. Ut er
go descenderunt in terram
viderunt prunas positas: et
piscem superpositum et pa=
nem. Dixit eis iesus. Affer=
te de piscibus quos prendi=
distis nunc. Ascendit symon
petrus et traxit rhete in ter
ram plenum magnis piscib⁹
cliij. ⁊ cum tanti essent non
est scissum rhete. Dixit eis
iesus. Uenite prandete. Et
nemo audebat discumbenti
um interrogare euȝ: tu quis
es sciētes quia est dominus

Et venit ies⁹ ⁊ accepit panē
⁊ dedit eis ⁊ piscē similiter.
Hoc iam tertio maīfestatus
est iesus discipulis suis cū re
surrexisset a mortuis.

¶ Postilla.

¶ Manifestauit se iterū ies⁹ Johā. xxi. Lu. xxiiij. Hystoria huius euāgelij facta est post dies octo festi pasche anno xp̄i quo supra. Ante ini tium istius euāgelij scribit sctūs io= hannes in eodē capitulo ꝙ iesus di= xit thome. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui nō viderūt ⁊ cre= diderunt. Tūc postmodū sequit̃ euā geliū hodiernū [Manifestauit se ite rum iesus] Tho. supradicte manife= stationes xp̄i facte sunt in iudea. hec autem in galilea. illa intus: ista foris qꝛ magnam parteȝ timoris discipuli postposuerant. ideo in domo conclusi non erant vt prius: sed in galileā iue runt vbi illa apparitio facta est. Dici tur ergo [Postea autem manifesta= uit se iterū iesus] Ly. facto īteruallo tp̄is: quia non manebat continue cū apostolis: nec cōuersabat̃ cōtinue cū eis: vt ostēderet se resurrexisse ad vi tam īmortalem ab hominibus hui⁹ mūdi separatā [ad mare tyberiadis] quod est stagnū genezareth alio noīe dicitur mare galilee. Ex q̄bus mani feste apparet ꝙ illa apparitio facta ē in galilea vbi est illud mare [Mani= festauit se autem sic] id est ꝑ modum qui sequitur [Erant autem simul sy mon petrus] Ista duo nomina euan gelista iohannes simul coniungit: qꝛ symon fuit nomē eius primū: petrus autem erat nomē sibi de nouo a xp̄o impositum: et hoc ꝓpter fidelē chri= sti confessioneȝ qua dixit. Tu es xp̄s filius dei viui [⁊ thomas qui dr̄ didi= mus et nathanael q̄ erat a chana ga lilee: ⁊ filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis eius duo] Tho. ⁊ ita erant septem ad insinuandū ꝙ illi digni sunt diuīa vi

sione ꝛ allocutione. qui septem donis spūssancti sūt ornati [Dicit eis symō petrus vado piscari. Dicūt ei venim⁹ ꝛ nos tecū] Ly. Erant eī paupes. ꝛ iō ad ꝓcurandū necessaria vite licite poterant redire ad exercendū negociuꝫ qđ sine peccato poterat exerceri. propter qđ paul⁹ artē scenofactoriā didicit quā antea nō sciuit: vt cū necessitas occurreret vel vtilitas ecclesie de labore suo viueret: vt hꝛ Actuū. xx. [ꝛ exierunt ꝛ ascenderunt nauim: ꝛ illa nocte nihil prēdiderūt] Ly. hoc fcm̄ est vt captio sequēs manifeste miraculosa apperet [Mane aūt facto stetit iesus in littore] non apparuit sup aquā sicut ante passionē fecit qn̄ viderunt ipm̄ sup mare ambulantē: ſꝫ in littore. i. in terra solida: ad ostēdendū ꝙ amplius non erat in fluctib⁹ vite corruptibilis: ſꝫ magis transierat ad statū vite imortalis. non tn̄ discipuli cognouerūt ꝙ iesus eēt. vn̄ Criso. Nō mox ostendit seipm̄: vt ꝑ miraculum qđ facturus erat eum cognoscerent: ergo locutus est eis tanꝙ̄ extraneus dicens [pueri nunqd pulmentarium habetis] pulmētariū est qđcunqꝫ panis condimentū: siue piscis sit siue aliud qđ nos cōiter dicim⁹ pulmentū [rn̄derunt ei non] Ly. credebāt enim eū esse aliquē mercatorem qui vellet pisces emere [dixit eis. Mittite in dexterā nauigij rhete ꝛ inuenietis] Ly. predicit certitudinaliter effectū futurum: vt ad sequentia habeāt animū magis attentum [Miserunt ergo et iam non valebāt illđ trahere ꝓ multitudine pisciū] Ly. ex quo ptꝫ ꝙ pisces illi fuerūt ibi miraculose adducti vel virtute diuina de nouo formati: qꝛ tota ibi nocte q̄sierant ꝛ nihil inuenerāt [Dixit ergo discipulus ille quē diligebat iesus]. i. iohēs [petro] erat enī sibi familiaris. Tho. Notāduꝫ ꝙ hic notātur ꝓprietates illoꝝ duoꝝ apostoloꝝ scꝫ petri ꝛ iohānis. Petr⁹ enī fuit feruētior ideo pm⁹ ad iesū venit. Johānes acutior: ideo pmo eum agnouit [dn̄s est] sic eī vocabant xp̄m ante passionē. Ly. puritas mētis ꝛ corporis marie disponit hoīeꝫ ad cognitionē dei: ꝛ iō iohānes qui ceteris purior erat tanꝙ̄ ꝟgo: citi⁹ alijs agnouit xp̄m [symon petr⁹ cuꝫ audisset qꝛ tunica succīxit se] Ly. vt cū maiori reuerētia accederet ad xp̄m [erat eī nudus]. i. paꝝ vestit⁹ sicut solēt piscatores esse ī aqua vt sint expeditiores ad piscatōis op⁹ [ꝛ misit se in mare] hic notatur feruēs dilectio petri ī hoc ꝙ nō potuit se ꝯtinere quī statim curreret ad xp̄m iesum. ergo misit se ī mare: vt citius veniret ad xp̄m ex deuotione: qꝛ petrus memor fuit pristine ambulationis sup aquas qn̄ ad xp̄m venerat: vt hꝛ Mat. xiiij. dn̄e si tu es iube me ad te venire [alij aūt discipuli nauigio venerūt] qꝛ nō erāt ita feruentes. nō audētes mare intrare. Et alia rō est [qꝛ non erāt longe a terra] ideo etiam cito venire poterāt [ſꝫ q̄si cubitis ducētis trahētes rhete pisciū Ut ergo descenderunt in terram]. i. de naui ad littus [viderūt prunas]. i. carbones [positas: ꝛ piscē suppositūꝫ ꝛ panē]. i. non super prunas: ſꝫ ibi paratum pro refectione eoꝝ. vn̄ Criso. Ista enī oīa diuina virtute fuerūt de nouo formata ad maiorē discipuloꝝ cōfirmationē in fide resurrectōis xp̄i [Dixit eis iesus] nūc familiariter loquitꝛ eis tanꝙ̄ discipulis [Afferte de piscib⁹ q̄s prēdidistis nūc] vn̄ Criso. ne credant fantasma esse quod videbant panē et panē et piscē. Jubet ēt de piscibus captis afferri: vt etiā cognoscātur et cōmedantꝛ [ascēdit symō petrus] vt magistri iussioneꝫ ipleret [et traxit] etiā alijs adiuuātibus [rhete in terrā plenum magnis piscib⁹] centum quiquaginta tribus. Et scđꝫ aliquos apostoli ceperūt ibi ex omī gn̄e pisciū: qꝛ scđm Jsydo. oīm pisciū q̄ in aqua natāt: cliij. gn̄a philosophi enūciāt [Et cū tanti eēnt] numero ꝛ quātitate quia multi magni [non est scissuꝫ rhete: dixit eis iesus venite ꝛ prā

dete] Ly. Hic notat̃ ꝺ̃i benignitas q̃ꝛ inuitat eos dulciter. ad comedēdū secū: q̃ꝛ cū eis tūc comedit ad declarandū sue resurrectōis veritatē. Vñ Lu. vltimo. Cū manducasset inquit corā eis: sumēs reliq̃as dedit eis [ꝛ nemo audebat discūbētiū interrogare eū: tu qui es] ꝛ ꝓpter cognitōis certitudinē quā de ip̄o habebāt [scientes q̃ꝛ dñs est] ꝛ ideo frustra fecissent de hoc q̄stionem [ꝛ venit iesus] id est accessit ad mēsam [ꝛ accepit panē] quē de nouo sua omnipotēti ꝟtute creauerat [ꝛ dabat eis: ꝛ piscez similiter] eo modo diuidebat eis et distribuebat sicut ante passionē: ad declarandū suā resurrectionē. Dicūt eñ aliq̃ doctores ꝛ satis ꝓbabiliter q̃ sic diuidebat cibaria sola manu sicut alius cum cultello ꝛ in hoc discipuli cognouerūt eum [Hoc iā tertio manifestatus ē iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis] Certū est q̃ iaz pluries manifestauerat seipsuz: cū in ipsa die resurrectionis quīquies apparuit: ergo ista apparitio ꝺ̃r tertia: nō in numero apparitionū: sed in ordine dicꝫ: vt p̄mo ꝺ̃r manifestat⁹ in die resurrectiōis. scḋo in octaua pasche: ꝛ tertio h̃. Vñ circa p̄sens euāgeliū vbi ꝺ̃r. Manifestauit se iteꝝ iesus discipulis suis ad mare galilee. Criso. dicit q̃ euangelista nominat hic locum vbi hec manifestatio est facta; q̃ꝛ illic ꝛ ap̄li iuerūt: in q̃ ostēdit̃ q̃ iam magnā partez timoris eorū xp̄s abstulerat vt auderēt manifeste exire de domo: nō eñ vltra ī domo reclusi erant. Unde hic queritur cur iā ꝛ nō pri⁹ iuerūt piscari. Respōdeo scḋm Augu. q̃ iam magistro recedente nō habebant vnde viuerent: quā penuriā ertā xp̄s īduxit vt in piscatione eū agnoscerēt. Secūdo queritur cur petrus ad piscationē rediūt quā semel reliquit. Respōdet Grego. q̃ꝛ licita ars erat nutriendi se ꝑ artez piscandi: igit̃ ꝛc. Sctūs matheus ad theloneū nō vltra resedit q̃ꝛ fit vix sine peccato. Queritur tertio vū recepertūt naulm ꝛ rhetia q̄ relignauert. Respondet Criso. mutuauerūt a ꝓpinquis. Quarto querit̃ cur nihil potuerunt capere. Respondetur q̃ deus ita disposuit: vt per miraculū docerz eos christum agnoscere.

Jn octaua pasche euāgelium scḋm iohānē. xx. ca.

In illo tēpore. Cū sero esset die illo vna sabbatoꝝ et fores essent clause vbi discipuli erant cōgregati ꝓpter metuz iudeorum: venit iesus et stetit in medio eorū ꝛ dixit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset: ostēdit eis manus ꝛ lat⁹: gauisi sunt discipuli viso dño Dixit ergo eis iterū pax vobis: sicut misit me pat̃: ꝛ ego mitto vos. Hec cū dixissz insufflauit: ꝛ dixit eis Accipite spm̄ sctm̄: quoꝝ remiseritis peccata remittūt̃ eis: ꝛ q̃ꝝ retinueritis, retēta sūt. Thomas autē vn⁹ ex duodeciz q̃ dicitur didimus nō erat cuz eis quando venit iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli: vidimus dñm. Jlle autez dixit eis. Nisi videro in manibus ei⁹ fixurā clauoꝝ: ꝛ mittam digitū meū in locū clauoꝝ: ꝛ mittaz manū meam ī latus eius nō credaz. Et post dies octo iteruz erāt discipuli ei⁹ intus ꝛ thomas cū eis: venit iesus ianuis clausis ꝛ stetit ī medio: ꝛ dixit eis. Pax vob̃ Deinde dixit thome. Infer digitū tuum huc: et vide ma

nus meas: et affer manū tuā
et mitte in latus meū: ꝛ noli
esse incredulus: sed fidelis.
Respondit thomas: et dixit
Dn̄s meus ꝛ deꝰ meꝰ. Dixit
ei iesus. Quia vidisti me tho
ma credidisti: beati qui nō vi
derunt ꝛ crediderūt. Multa
quidē ꝛ alia signa fecit iesus
in cōspectu discipl̄oꝝ suoꝝ
q̄ non sunt scp̄ta in libro hoc
Hec aūt scripta sūt vt creda
tis quia iesus est filius dei: ꝛ
vt credentes vitā habeatis
in nomine eius.

¶ Postilla.

¶ Cum ergo sero esset die il-
lo. Jo. xx. Luc. xxiiij. Hystoria huiꝰ euā
gelij facta ē ip̄o resurrectōis dn̄i die
ꝑ p̄ria pte: ꝑ secūda aūt pte ī octaua
pasche. Añ initiū illiꝰ euāgelij scribit
sctūs iohānes ī eodē ca. ꝙ iesus dixit
marie magdalene: vade ad frēs me-
os ꝛ dic eis. Ascendo ad patrē meū ꝛ
patrē vestrū: deū meū ꝛ deū vestrū. Ve
nit maria magdalene annūcians di-
scipulis: quia vidi dominuꝫ: ꝛ hec di-
xit mihi. Tūc statim sequit̄ euāgeliū
hodiernū [Cū ḡ sero eēt] Lyr. In die
apostoli erāt dispsi ꝓpter metū iudeo
rū: sed ī sero ꝯueniebāt ad locū vnū:
ꝛ ideo tali hora xp̄s eis apparuit [die
illo] scꝫ dn̄ice resurrectionis [vna sab
batoꝝ]. i. p̄ma die post sabbatuꝫ. Sed
quare xp̄us vsqꝫ ad vesperā distulit.
R̄ñdeo scd̄m Criso. vt oēs simul iue-
niret in domo ꝛ nisi ī sero nō īuenissꝫ
eos simul ꝯgregatos. Itē ī sero solēt
hoīes magis timere: et illa hora vo-
luit eos cōsolari sua apparitiōe [ꝛ fo-
res essent clause vbi discipuli erāt cō
gregati ꝓpter metū iudeoꝝ] qd̄ ex di
uina ordinatiōe factū. ē: vt iesus ītrās
ad discipulos ianuis clausis oñderet
se habere corpus glorificatū [venit ie
sus ꝛ stetit in medio eoꝝ] vt ptꝫ Ma-
thei. xviij. Ubi duo vel tres ꝯgregati
fuerit in noīe meo: ibi sū ī medio eoꝝ
[ꝛ dixit eis. Pax vobis] Tho. q̄si dice
ret. Nō turbemini nec timeatis: ego
suꝫ q̄ pacē vobis ꝓmisi: et pacē vobis
p̄dicaui: ꝛ ideo ex auditu salutatōnis
potestis me agnoscere [Et cū hoc di-
xisset ostēdit eis manꝰ ꝛ latus] vt non
solū auditu: sed etiā visu certificaren
tur [Gauisi sūt discipl̄i viso domino]
Tho. Cōtristati fuerūt in eiꝰ morte:
letant̄ de resurrectōe: ꝛ sic socij passio
nis fiunt ꝑticipes cōsolatōis [Dicit ḡ
eis iteꝝ. Pax vobis] iterat oblationē
pacis: vt mōstret ꝓpter suū aduētum
esse pacificata ꝛ q̄ in celis ꝛ que in ter
ra sunt [sicut misit me pater] scꝫ adve
ritatē fidei nūciandā in iudea [ꝛ ego
mitto vos] ad eandē publicādā ꝑ vni
uersuꝫ mūdū. In signū huiꝰ dixit eis
in die ascensiōis. Ite in mūdū vniuer
suꝫ: predicate euāgeliū omni creatu-
re. vñ ī p̄s. xviij. In oēm terrā exiuit
sonus eoꝝ. Et qꝛ executio huiꝰ officij
nō p̄ot cōueniēter fieri sine gratia spi
ritussancti: ideo sequitur [Et cū hec
dixisset insufflauit: ꝛ dixit eis. Accipi
te spiritum sanctuꝫ] Tho. ostēdēs per
hoc ꝙ sicut flatus ꝓcedebat de ore ip
sius iesu xp̄i: sic spiritussanctus q̄ da-
batur in flatu ꝓcedit ab ip̄o filio iesu
xp̄o sicut ꝓcedit a patre: quod ē cōtra
grecos q̄ negant spiritū sanctū ꝓcede
re a filio [quoruꝫ remiseritis peccata
remittūtur eis] id est quoꝝ solueritis
soluti sunt [et quoꝝ retinueritis retē-
ta sunt] id est quos ligaueritis ligati
sunt: vt ptꝫ Math. xvi. Quecūqꝫ liga
ueritis sup terrā erūt ligata ꝛ ī celis:
et quecūqꝫ solueritis sup terrā erunt
soluta ꝛ in celis. Hoz. ista ptās ītelligē
da ē claue ñ errāte. Tūc aūt errat q̄ñ
sac̄dos soluit illū quē deꝰ ñ soluit: vl̄
q̄ñ ligat quē deꝰ nō ligat [Thomas
aūt vnꝰ ex duodecī qui dr̄ dydimus]
id est dubius [nō erat cum eis quādo
venit iesus] Lyra. ipse eñ īter alios
discipl̄os videtur fuisse magis dydi

mus vt patz Joh.xi.⁊ ideo tardius ve
nit ad locū vbi cōgregabātur discipu
li. Et ideo ꝓpter tarditatez suā ꝓuat⁹
est illa visione xp̄i: hoc aūt factū est di
uina ordinatiōe ꝓpter nostrā ꝯfirma
tionē. vñ Grego. Dū ille ad fidē pal
pando reducit̄ nostra mens omi du
bitatiōe postposita in fide solidat̄ [Di
xerūt ergo ei alij discipl̄i] q̄a boni ru
mores cito nūciant̄ [vidimus dñm]
sic enim eum ante passionez noīabāt
[Ille aūt dixit eis. Nisi videro in ma
nib⁹ eius fixurā clauoꝝ] scz vt ꝓbem
visu [⁊ mittā digitū in locuz clauoꝝ ⁊
mittam manū meā in latus eius] vt
ꝓbem tactu. Isti eñ sūt duo sensus
q̄ minus possunt decipi: scz visus ⁊ ta
ctus [Et post dies octo iteꝝ erāt disci
puli ei⁹ int⁹: ⁊ thomas cū eis] Lyra.
facto interuallo xp̄s apparebat disci
pulis: q: nō cōuersabat̄ quotidie vel
continue cum eis vt ostenderet se re
surrexisse ad vitā immortalem ab ho
minibus huius mundi separatā [ve
nit iesus ianuis clausis] vt ostēderet
corpus glorificatuz [⁊ stetit in medio
eoruz] vt posset ab omibus videri [⁊
dixit eis. Pax vob̄] q: sic salutare cō
sueuerat discipulos suos: ⁊ etiā sic do
cuerat discipulos salutare alios ho
mines: vt ptz Math.x. In quācunq̧
domuz intraueritis primū dicite: pax
huic domui [Deide dixit thome. In
fer digitum tuuz huc] vt probes per
tactuz [⁊ vide manus meas] vt pro
bes per visum [⁊ affer] id est applica
[manū tuaz ⁊ mitte in latus meum:
⁊ noli esse incredulus sz fidelis] qua
si diceret ꝓpter tuam dubitationem
sanandam ostendo tibi vulnera mea.
Unde Augu. in li. de tri. dicit q̄ tho
mas palpauit cicatrices christi [Re
spondit thomas ⁊ dixit ei. Dominus
meus et deus meus Thomas. Ecce
ꝑfecta fides: quia cōfitetur humani
tatem ⁊ deitatem christi: dominus q̄
tum ad humanitatem qua nos rede
mit: de⁹ q̄tū ad deitatē qua nos crea
uit [Dixit ei iesus: q: vidisti me] scz
hominez [credidisti] scz deū. Ly. Nā
thomas aliud vidit et aliud credidit:
quia humanitatem vidit: ⁊ deitatem
que in presenti videri non potest cre
didit [beati qui non viderunt ⁊ credi
derunt] Lyra. in hoc stat consolatio
nostra qui christum non vidimus: ta
men credim⁹ ipsuz veraciter esse sub
specie panis in sacramento [Multa
q̄dem ⁊ alia signa fecit iesus in ꝯspe
ctu discipuloꝝ suorum: que non sunt
scripta in libro hoc] Johannes vero
euangelista pauciora signa narrauit
q̄ alij euangeliste: quia vltimo scrip
sit ⁊ signa q̄ alij scripserūt omisit [hec
autē scripta sunt vt credatis: q: xp̄us
est filius dei] scz naturalis in potētia
sibi per omnia equalis: ⁊ ꝑ ꝯñs idem
in diuinitate. q: natura diuina est īdi
uisibilis [⁊ vt credentes] q: iesus īcar
natus: passus: mortuus: sepultus: re
gressus ab inferis celū ascēdēs: ver⁹
est dei fili⁹ [vitā habeatis] scz eternā:
in qua clare videbitur quod nūc cre
ditur [in nomine eius] id est ꝑ fidem
nominis eius: q: dr̄ Act.iiij. Nec ali
ud est nomē sub celo datum homib⁹
ī q̄ opteat nos saluos fieri. Uñ circa
p̄ns euāgeliū vbi dr̄. Accipite spm̄sā
ctuz: quoꝝ remiseritis peccata ⁊c. Ui
detur q̄ nisi sacerdos habeat spm̄san
ctum nō potest absoluere: q: dicit pri
mo accipite spm̄sanctū ⁊ postea sub
dit: quoꝝ remiseritis peccata remit
tunt̄ eis. R̄ndet̄ q̄ sacerdos absoluit
ex officio ⁊ nō ex vite merito. Et sic sa
cerdos bonus et malus in ꝟtute spi
ritussancti remittit pctm̄ q: in ꝟtute
caracteris ordīs q̄ dat̄ a spūsancto q̄
opat̄ ī sacm̄ētis. Glo. q̄ꝝ remiseritis
.i. q̄s dignos remissiōe iudicaueritis
duab⁹ clauib⁹: scz ptātis discretōis: re
mittunt̄ eis. i. tūc dñs approbabit re
missionē pctoꝝ. Et quoꝝ nō remiseri
tis de⁹ nō approbabit. Cris. sicut rex
principem mittens dat ei potestatem
mittere in carcerem et emittere. Ex
quo patet q̄ sacerdos est minister et
instrumentum animarum dei.

¶ Dominica prima post oct. pasche euangeliũ secundum Johannem. x. ca.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus: bonus pastor aĩam suã dat pro ouib⁹ suis. Mercenarius autẽ ⁊ qui non est pastor cuius nõ sunt oues ꝓp̃e: videt lupũ veniẽtẽ ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit ⁊ dispergit oues. Mercẽnari⁹ aũt fugit: qꝛ mercẽnarius ẽ ⁊ nõ ꝑtinet ad eũ de ouibus Ego sum pastor bonus: ⁊ cognosco oues meas ⁊ cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater ⁊ ego agnosco patrẽ ⁊ aĩaʒ meã pono ꝓ ouib⁹ meis. Et alias oues habeo q̃ non sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocẽ meã audiẽt. Et fiet vnũ ouile ⁊ vnus pastor.

¶ Postilla.

¶ Ego sum pastor bonus: bonus Joh. x. Hystoria hui⁹ euãg. fctã est ãno xp̃i. xxxij. vi. kal. octobris. i sabbato. luna. xij. iditõe. v. Añ initiũ illi⁹ euãgelij scribit sctũs iohãnes i eodẽ ca. ꝙ xp̃s dixit discip̃lis suis. Ego suʒ ostiũ: per me si q̃s introierit saluabit̃ ⁊ ingrediet̃ ⁊ egrediet̃ ⁊ pascua inueniet. Tũc postmodũ sequit̃ euãgelium hodiernũ [Ego suʒ pastor bon⁹] Ly. in p̃nti euãgelio ponit euangelista conditiones boni pastoris ⁊ etiam mercẽnarij: qꝛ bon⁹ pastor dʒ hr̃e affectionẽ ad gregẽ intantũ ꝙ ꝓ eo si necesse ẽ sustineat mortẽ: ergo dicit [bonus pastor aĩam suã]. i. vitã corꝑalez [dat] spõte ⁊ volũtarie [ꝓ ouib⁹ suis] Impleuit hoc ip̃e xp̃s: qꝛ aĩaʒ suã p̃ciosissimã dedit ꝓ salute mũdi: vt pʒ .i. Joh. iij. xp̃s aĩaʒ suã ꝓ nob̃ posuit: ⁊ nos debemus ꝓ fratrib⁹ aĩas ponẽ [Mercẽnarius aũt ⁊ q̇ nõ est pastor] Hic tãgit cõditiões mali postoris. s. ipsius mercẽnarij q̇ in officio p̃lationis attendit cõmodũ rei tp̃alis ⁊ honoreʒ seculi. vñ Aug. Sũt i eccl̃ia quidã p̃positi nõ dñʒ q̃rẽtes: tp̃alia ꝯmoda sectãtes: honores ab hoĩb⁹ appetẽtes: quisq̃s talis est mercẽnarius ẽ [cuius nõ sunt oues ꝓp̃e] sed reputat eas q̈si alienas [videt lupũ veniẽtẽ]. i. hereticũ cũ falsa doctrina eos corrũpentẽ [⁊ dimittit oues ⁊ fugit]. s. nõ resistendo ꝑ suã doctrinã heretici prauitati [⁊ lup⁹ rapit] ad malũ ꝑtrahendo [⁊ dispgit oues] ab vnitate eccl̃ie sepãdo. [Mercẽnarius aũt fugit]. i. auxiliuʒ debitũ subtrahit [qꝛ mercẽnari⁹ ẽ]. i. curans solũ de lana ⁊ lacte. i. de cõmodis tp̃alib⁹ [⁊ nõ ꝑtinet ad eũ de ouib⁹]. i. qꝛ nõ curat de salute ⁊ vtilitate ouiũ: nõ hʒ affectũ d̄bite ordinatũ ad eas [Ego suʒ pastor bonus] sollicitudinẽ hñs ⁊ curã de ouib⁹ [⁊ cognosco oues meas] scʒ cognitione affectiua: qꝛ diligo salutẽ ⁊ bonũ earũ [⁊ cognoscũt me mee] Ly. qꝛ veri fideles cog̊scũt bñficia xp̃i [Sicut nouit me pr̃ ⁊ ego agnosco patrẽ] vñ Aug. ea dilectiõe qua pr̃ me diligit: diligo patreʒ [Et aĩam meã pono ꝓ ouib⁹ meis] Tho. hic ostẽdit ꝙ passio sua fuit ad gregis redẽptionẽ: ꝙ dicit [⁊ aĩam meaʒ pono ꝓ ouib⁹ meis] saluãdis. Ly. quia aĩa xp̃i ꝓ fidelib⁹ fuit sepata a corpore: ⁊ oblata deo patri: cum dixit p̃s. xxx. In manus tuas cõmendo spiritum meũ. Jere. xij. Reliqui domuʒ meam: dimisi hereditatem meaʒ: dedi dilectam aĩam meã in manus inimicoꝝ meorum [⁊ alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili] idẽ de sinagoga iudeoruʒ: sed de populo gentili [et illas oportet me adducere] quod factũ est per p̃dicationem apostoloruʒ.

[et vocem meã audient] Ly. qr iudeis repellentibus fidẽ xp̃i gentiles eã de uote receperũt ad p̃dicatiões aposto lorũ[et fiet vnuz ouile] id ẽ vna eccl'ia ex iudeis et gẽtilib⁹ collecta. Est eñ ec clesia vnũ ouile p̃pter vnionẽ fidei et caritatis[et vn⁹ pastor] id est xp̃s. Aliĳ aũt pastores eccl'ie nõ sunt nisi vicariĳ istius pastoris. Añ circa p̃ns euãgeliũ vbi dr̃. Ego sum pastor bonus: queri tur vtrũ hõ prudẽs et virtuosus possit appetere sine pctõ gradus eminẽtiaz id est p̃laturã. Respõdeo scd̃m hugo. de prato. posito q̃ talis sit dign⁹ gra du quez appetit: talis potest appetere dupliciter. Uno mõ p̃pter stat⁹ altitu dinẽ ad quẽ sequit̃ honor et reuerẽtia et sufficientia tẽporaliũ et hoc modo ẽ peccatũ mortale: et ptinet ad cupidita tẽ et ambitionẽ. Alio mõ põt intelligi vt appetat vt possit p̃ximis p̃desse: et si hoc laudabile sit nihilomin⁹ tamẽ sic appetere p̃sumptuosum est. Et cõ sequẽter cũ presumptio sit filia super bie et detestabilis: hinc est q̃ talis gra dus non põt sine peccato appeti: et ad hoc sunt dicta doctorũ. vnde Augu. lib. ix. de ciuitate dei dicit q̃ locus su perior et si administret̃ vt decet idecẽ ter tamen appetitur. Et Berñ. Quo tiẽs hominib⁹ preesse desidero: deuz meũ p̃ire contendo: et tunc nõ sapio q̃ dei sunt etc. Unde etiam Criso. super Mathe. et allegatur ĩ d̃cretis dist. lxxiiij. Quicunq̃ desiderauerit primatũ in terra: inueniet cõfusionẽ in celo. Nec inter seruos xp̃i cõputabit̃ qui de pri matu tractauerit: et ad hoc exemplũ xp̃i q̃ fugit quãdo eũ regẽ facere vo luerunt: vt habetur Johan. vi. Unde apostolus ad Heb. v. ca. Nemo assu mat sibi honorẽ nisi qui vocatus fue rit: sicut aaron: immo sancti quando electi fuerunt rẽnuerũt et restiterũt: vt patet ĩ beato Nicolao. Martino. Gre gorio. et in aliĳs multis sanctis.

¶ Dominica scd̃a post octa. pasche euangelium secundũ iohannem. xvi. capi.

In illo tp̃e. Dixit ie sus discipulis suis. Modicũ et iã nõ vi debitis me: et iterũ modicũ et vi debitis me: quia vado ad pa trẽ. Dixerũt ergo discipli ei⁹ adinuicẽ. Quid est hoc q̃ di cit nobis: modicũ et nõ vide bitis me: et iterũ modicum et videbitis me: quia vado ad patrẽ. Dicebãt ergo. Quid est hoc q̃ dicit modicũ nesci mus quid loquit̃. Cognouit aũt iesus qr volebãt eum in terrogare: et dixit eis. De hoc q̃ritis iter vos quia dixi mo dicum et nõ videbitis me: et iterum modicũ et videbitis me. Amẽ amẽ dico vobis qr plorabitis et flebitis vos: mũ dus ãt gaudebit. vos aũt cõ tristabimini: sed tristitia v̄ra vertetur in gaudiũ. Mulier cũ parit tristitiã habet: quia venit hora eius. Cũ autẽ pe perit puerũ: iã non meminit pressure p̃pter gaudiũ quia natus est hõ ĩ mundũ: et vos igitur nũc q̃dẽ tristitiã hẽtis Iterũ aũt videbo vos: et gau debit cor v̄rm: et gaudiũ v̄rm nemo tollet a vobis.

¶ Postilla.

¶ Modicũ et iã nõ videbitis me. Jo. xvi. Hystoria hui⁹ euãg. fctã ẽ ãno xp̃i. xxxiiij. x. kal. april. feria. v. vi delz cene dñi luna. xiiij. iditiõe. vi. Añ initiũ illi⁹ euãgeliĳ scribit sctũs Johã nes ĩ eodẽ ca. q̃ xp̃s post cenã dixit di scip̃lis suis. Adhuc mlta habeo vob̃ dicere sed nõ potestis portare modo.

Cū aūt venerit ille spiritus veritatis: docebit vos oēz veritatē. Tūc postmodū sequit͛ euangeliū hodiernū[Modicuz ꝛ iā non videbitis me] scḋz Crisostomū. Modicū ꝛ iam nō videbitis me: itelligit͛ tempus ab hora mortis vsq₃ ad resurrectōnē: scilicet quando per triduum iacuit in sepulchro : tūc nō viderunt eum[iteꝝ modicū ꝛ videbitis me] intelligitur tēpus ab hora resurrectionis vsq₃ ad ascensionez in quo apparuit eis loquens de regno dei: vt habet͛ Actuū. i. Et illud tēpus fuit modicū respectu tēporis sequentis vsq₃ ad finē mūdi. Ideo subdit͛[q₃ vado ad patrē] scȝ quādo celū ascendam ꝛ tūc non videbitis me cōmuniter loquēdo. nisi in gn̄ali resurrectione. Propter h° ḋr Act. ij. viri galilei q̄d statis aspicientes in celū : hic iesus q̄ assumpt⁹ est a vobis in celū: sic veniet quēadmodū vidistis eū eūtē ī celū q. d. Amplius nō videbit͛ in terra p̄n̄tia corporali vsq₃quo veniet ad iudiciū. ꝙ eīn aliq̄b⁹ sanctis postea apparuit vel adhuc apparere possit: hoc ex speciali gratia fuit: sicut apparuit Johanni euāgeliste ante mortē suā: vocās eū ad celestē gratiā. Simili͛ beato petro exeūti romam a facie neronis apparuit xp̄s: cui Petrus dixit. Dn̄e quo vadis. Respōdit xp̄s. Uado romam iterū crucifigi. Similiter apparuit beato Paulo apostolo quādo fuit ꝓstratus de celo: vt habet͛ Actu. ix.[Dixerūt ergo discipuli adinuicez Quid est hoc ꝙ dicit nobis: modicū ꝛ iam non videbitis me: ꝛ iterū modicum ꝛ videbitis me] Predicta verba christi erant discipulis obscura āteq̄ essent opere impleta: quia videbatur eis quomodo in christi verbis esset q̄dā cōtrarietas cū dixit[modicū et iaz nō videbitis me. ꝛ iteꝝ modicū ꝛ videbitis me] q₃ nō sciuerūt illa referre ad diuersa tp̄a[Dixerūt ergo. Quid est hoc ꝙ dicit nobis modicū nescim⁹ q̄d loquit͛ cognouit ǧ iesus ꝙ volebant eū interrogare] Hoc cognouit diuina

virtute: cuius propriū est cognoscere secreta cordiū: ꝛ ideo dixit eis.[De h° queritis iter vos: q₃ dixi: modicum et nō videbitis me: ꝛ iteꝝ modicuz ꝛ videbitis me] Hic respōdendo p̄uenit eorū interrogationē vt ostēderet se scire mētis eoꝝ intentionē[Amē amen dico vobis: q₃ plorabitis] Tho. id est dolebitis interius in mente de morte ꝛ passione mea[ꝛ flebitis] exterius scȝ interiorē mētis tristitiā signis exteriorib⁹ ostēdetis[mūdus aūt gaudebit] id est iudei mūdi amatores Ly. q₃ in triduo mortis xp̄i iudei mūdialit͛ viuētes gauisi sunt credētes se xp̄m totaliter extinxisse: ꝛ nomē suū totaliter deleuisse[Uos aūt contristabimini: sed tristitia vertet͛ in gaudiū] Hoc impletū est in resurrectione xp̄i quādo gauisi sunt discipuli viso dn̄o. Et ī ascēsiōe qn̄ videntib⁹ illis eleuatus est ī celū[Mulier cū parit tristitiā h₃] ꝓp dolorē quē sentit. Gen̄. iij. In dolore paries[q̄a venit hora ei⁹] scȝ hora pariendi[Cū aūt peperit puerum: iam nō meminit p̄ssure] p̄cedētis [ꝓpter gaudiū: q₃ natus ē homo in mūdum Lyr. q₃ in natiuitate pueri gaudiū superueniens absorbet p̄cedentez tristitiam[ꝛ vos igitur nunc quidē tristitiam habetis] scilicet mee passionis et mortis[Iterū autē videbo vos] scilicet post resurrectōnē meā[Et gaudebit cor vr̄m] de visiōe mea[Et gaudium vestrū nemo tollet a vobis] Hor. quia christus iesus q̄ erat ipsoꝝ gaudiū resurgens a mortuis iā nō morit͛ Roma. vi. Istud vero gaudiū apostolorum de christi visione fuit inchoatum post resurrectionē christi: sed p⁹ cōsummatū ī gloria ī celo. Circa p̄ns euangelium vbi ḋr. Uos autem contristabimini. Notādū ꝙ nemo in hac vita potest diu eē sine tristitia. Unde Job. xiiij. Homo nat⁹ de muliere: breui viuens tempore ꝛc. Sed queritur cur deus sic ordinauit. Respondetur primo vt sciamus nos esse hic non ciues sed aduenas ꝛ peregrinos q̄diu in

mundo sumus: qui vallis lachrima-
rũ dr̃: qui est locus medius inter celũ
vbi est summũ gaudiũ: ⁊ infernũ vbi
est sũma pena. Scd̃o vt stimulemur
penis quasi calcaribꝰ ad currendũ in
via mãdatoꝝ dĩ. Tertio vt pũgemur
igne tribulationuʒ: ne in purgatorio
lauemur. Quarto vt fugiamus ĩfer
nũ vbi oẽs pene ĩ summo sunt. Qui
to vt plus de gaudio mereamur: nã
vtꝰ ẽ circa difficile scd̃ʒ philosophũ.
⁊ Act. xiiij. Per multas tribulatiões
oportet nos ĩtrare ĩ regnũ celoꝝ. Itẽ
notãdũ ꝙ due passiões necãt quãdo
ꝗ hoiem scʒ tristitia et letitia. Tristi
tia occidit: sʒ tarde. Nã ĩ tristitia ꝑrio
retrahit̃ calor naturalis ad ĩteriora ⁊
postea exalat ad exteriora: ⁊ talis exa
latio caloris ꝓhibet nutrimẽtũ mem
bris ⁊ opat̃ consumptionẽ in illis. vñ
Prouer. xix. Spũs tristis exsiccat os
sa. Letitia aũt nimia cito occidit quia
tũc cor magis dilatat̃ ⁊ calor natural̃
ad exteriora trãsit ⁊ a corde recedit ⁊
mors ĩteruẽit. vñ Prouer. i. Prospi
tas stultoꝝ ꝑdet illos. Utrũqȝ etiaʒ oc
cidit aĩam tã vita ꝓspera ꝙ̃ aduersa:
sʒ magis ꝓspa. vñ Augu. Multi res
aduersas timẽt: ꝓspa nõ timent. Pe
riculosior est tamen aĩe res ꝓspera ꝙ̃
aduersa. Itẽ patet ĩ dauid q̃ in aduer
sis q̃ passus est a Saul nõ cecidit: sed
in ꝓsperis iã in regno positꝰ cũ Ber
sabee peccando cecidit.

¶ Dominica tertia post octa uas pasche euangelium secũ dum iohãnem. xvi.

In illo tp̃e. Dixit ie
sus discipulis suis.
vado ad eũ q̃ me mi
sit et nemo ex vobis interro
gat me quo vadis. Sed quia
hec locutꝰ suʒ vobis: tristitia
impleuit cor vestrũ. Sʒ ego
veritatẽ dico vobis: expedit
vobis vt ego vadã. Si enim
nõ abiero: paraclitus nõ ve-
niet ad vos: si aũt abiero mit
tam eũ ad vos. Et cũ vene-
rit ille: arguet mũdũ de pec-
cato: ⁊ de iustitia ⁊ d̃ iudicio
de peccato quidem qꝛ nõ cre
dũt ĩ me. De iustitia vero qꝛ
ad patrẽ vado: ⁊ iam non vi
debitis me. De iudicio autẽ
quia princeps huiꝰ mundi iã
iudicatus est. Adhuc multa
habeo vobis dicere: sʒ nõ po
testis portare modo. Cũ au
tẽ venerit ille spũs veritatis
docebit vos omnẽ veritatẽ.
Nõ eñ loquet̃ a semetipo: sʒ
quecunqȝ audiet loquetur: ⁊
que ventura sunt annuncia-
bit vobis. Ille me clarifica-
bit: qꝛ de meo accipiet: ⁊ an-
nũciabit vobis.

¶ Postilla

¶ Uado ad eũ qui me misit
Iohan. xvi. Ante initium illius euã-
gelij christus predixit apostolis per-
secutionez quam passuri essent sic ꝙ
eijciendi erant de synagoga: et qui-
cunqȝ eos occideret: crederet se obse
quiuʒ prestare deo. Et postea subiun
xit de recessu suo: cũ dixit in euange-
lio hodierno [Uado ad eum] id est
in proximo ascendo ad patrem [qui
me misit] Lyra. quia impleui offici-
um predicationis mee ad quod mis-
sus suʒ [Et nemo ex vob̃ interrogat
me. i. interrogabit: quasi diceret: ita
aperte ascendam ad patreʒ ꝙ nullus
vestrũ interrogabit quo vadam: quia
certi eritis ꝙ vado ad gloriam patris
Sed quia hec locutus suʒ vobis] sci-
licet de recessu meo [tristitia imple-
uit cor vestrum] id est vehemẽter fa-
cti estis tristes. Ly. apostoli tristaban
tur de recessu xp̃i: de cuiꝰ p̃sentia cõ-
fidebant in tribulationibus suis con

solari [Sed ego veritatē dico vobis:
expedit vobis vt ego vadā].i. subtra=
hat aspectui vr̄o p̄sentia mea corpo
ralis ⁊ ideo subdit [Si em̄ nō abiero
paraclitus non veniet ad vos] Ly. qr
plenitudo spiritussancti nō erat dāda
nisi post ascēsionez xp̄i. vñ Cri. Ap̄li
nimis corporalē presentiā xp̄i dilige=
bāt: ⁊ ideo ad susceptionē spiritussc̄ti
min⁹ idonei erāt. Sciēdū tñ secundū
Tho. de aquno sup Johānem: ꝙ ille
amor quo discipuli diligebāt corpalē
p̄ntiā xp̄i nō erat peccatū: reddebant
tñ ex hoc min⁹ idonei ad perceptionē
spiritussancti. Habita eni vna ꝯsolati
one nō q̄rit alia. Unde qr delectaban
tur in presentia xp̄i nō petebāt aduen
tū pacliti. Ip̄e em̄ nō veniet ad men=
tē hois nisi vocat⁹. vñ Sap̄. vij. Opta
ui et datus ē mihi sensus: vocaui ⁊ ve
nit i me sp̄s sapiētie [Et cū venerit il
le arguet mūdū de pctō] Tho. sp̄ūisā
cto attribuitur correctio: qr correctio
debet ꝓcedere ex claritate [de pecca=
to] Tho. qđ habet vel fecit [⁊ de iusti=
tia] quā nō hʒ [⁊ de iudicio] quod nō
timet [de pctō quidez qr nō credūt in
me] Tho. Judei peccabāt in xp̄m qr
nō credebant eū esse xp̄m vel messiaz
[de iusticia] scʒ xp̄i quā nō acceptaue
rūt hoīes mūdani nec imitari volue
rūt [quia vado ad patrē] Ly. per hoc
em̄ ꝙ xp̄s resurrexit ⁊ ad celū ascēdit
declarata est ei⁹ iusticia: qr soli iusti
intrant celū. vñ p̄s. cxvij. hec porta do
mini iusti intrabūt in eā [⁊ iā nō vide
bitis me] p̄ntia corpali habitantē vo=
biscū: qr post ascēsionē ap̄li amplius
nō viderūt in terris xp̄m [de iudicio]
scʒ futuro qđ mūdus nō timuit: opor
tebat tamē timere [quia p̄nceps hu
ius mundi iā iudicatus ē] id est cōdē=
natus diuina sententia tanꝗ̄ obstina
tus: ⁊ per cōsequens oēs ei adheren=
tes eodem iudicio ostendūtur cōdem
nabiles: si em̄ deus angelis peccanti=
bus nō pepercit nec hominib⁹ parcet
[Adhuc multa habeo vobis dicere:
sed nō potestis portare modo] scʒ pro
pter vestrā imp̄fectionē ⁊ illoꝝ dicen
doꝝ đ altissimis fidei arduitatē ⁊ p̄fū
ditatē [Cū aūt venerit ille sp̄ūs veri
tatis] Lyr. i. sp̄ūssanctus q̄ est veritas
p̄ essentiam ⁊ effectiue docēdo eā [ille
docebit vos oēm veritatē] Ly. scilicet
necessariā ad salutem: nō solū ꝓ per=
sonis vestris: sed etiā ad regimen ec=
clesie ⁊ fideliū īstructionē [nō em̄ loq̄=
tur a semetip̄o] Lyr. quia sicut nō est
a semetipso sed a p̄re ⁊ filio: ita nec a
se loquitur [sed q̄cunq꜀ audiet] a me
⁊ a patre: quia suuʒ audire est ab eis
ꝓcedens [loquetur] scʒ vobis [⁊ q̄ fu=
tura sunt āñūciabit vobis] Ly. Mul=
ta enim de futuris per spiritūsanctū
reuelata fuer̄t apostolis. sicut aposto=
lo Johanni reuelatus est ꝓcessus ec=
clesie vsq꜀ ad finē mundi. in apoca. Et
petro suum martyriū secūdum ꝙ ip=
semet dicit. ij. petri. i. Scio qr velox ē
depositio tabernaculi mei. Et paulo
reuelatum est ꝙ in nouissimis dieb⁹
discedant quidā a fide. vt habet. i. ad
Thimoth. iiij. [Ille me clarificabit]
Tho. quia ad inuocationē nois mei
faciet ꝯ op̄a mirabilia [quia de meo
accipiet] id est scientiā ⁊ cognitionez
habebit a patre sicut ⁊ ego [⁊ annūcia
bit vobis]

¶ Dominica quarta post oc=
tauas pasche euangelium se=
cūdū Johannem. xvi. ca.

IN illo tempore Di=
xit iesus discipulis
suis. Amen amen di
co vob̄. Si q̄d petieritis pa=
trem i noīe meo dabit vobis
Usq꜀ modo nō petistis quic
q꜀ in noīe meo. Petite ⁊ acci
pietis: vt gaudiū vestruʒ sit
plenū. Hec in ꝓuerbijs locu
tus sum vobis. Uenit hora
cū iaʒ nō in ꝓuerbijs loquar
vobis sʒ palaʒ de patre meo

annūciabo vobis: in illo die i noīe meo petetis τ nō dico vobis qꝛ ego rogabo patrē de vobis. Ipse enī pr̄ amat vos: qꝛ vos me amastis τ credidistis: a deo exiui. exiui a pr̄e et veni in mundū. Iterū relinquo mundū τ vado ad patrē. Dicūt ei discipuli. Ecce nūc palā loqueris τ ꝓuerbium nullū dicis. Nūc scim⁹ qꝛ scis oīa: et non op⁹ est tibi vt qs te interroget. In hoc credimus qꝛ a deo existi.

¶ Postilla.

¶ Amē amen dico vobis τc. Johan. xvi. Hystoria huius euāgelij facta ē anno xp̄i. xxxiij. ix. kalen. aprilis feria. v. in cena dn̄i. luna. xiiij. indictione. vi. Ante initiū illius euangelij scribit sanctus Johānes i eodē capitulo ꝙ xp̄s post cenā dixit discipulis suis. Nunc vos quidē tristitiā habetis. Iterū aūt videbo vos τ gaudebit cor vestrū τ gaudiū vr̄m nemo tollet a vobis. Tūc postmodū seq̄tur euangeliū hodiernū [Amen amē dico vobis] Hor. Hic dominus iesus consolatur discip̄los ex petitionū suaꝝ exauditione. Et iuramentū premittit vt homo non hesitet de petitione dicēs. [Amen amē dico vobis. Si q̄d petieritis patrē in noīe meo] id ē pertinēs ad salutē quia iesus quod est nomen xp̄i saluator interpretatur [dabit vobis] et si non statim tn̄ finaliter dabit vel illud quod petitis vel eo melius [vsqꝫ mō non petistis quicq̄ in noīe meo] quia nō erat tempus oportunū qꝛ dn̄s iesus erat cū eis presentialiter qui oīa dabat: vn̄ Crisosto. Quid peterent qui omnia bona secū haberent petite et accipietis vt gaudiū vestrū plenum sit. Tho. qꝛ omnis petitio ad illō gaudiū referri dꝫ. hoc gaudiū consistit in dotibus anime et corporis: et erit plenū gaudiū in beatis: vnde dicitur in ps. xvi. Satiabor cū appuerit gloria tua [Hec in ꝓuerbijs locutus sum vobis] scꝫ. Ego sum vitis vera τ vos palmites. Item ibi. Mulier cū parit tristitiā habet qꝛ venit hora ei⁹ [Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de pr̄e meo annunciabo vobis] Criso. Hoc erit tempus resurrectionis: quia tūc omnia manifeste eos docuit. Nā per quadraginta dies apparuit eis p⁹ resurrectionē suā loquēs eis de regno dei. Act. i. Ly. christ⁹ post resurrectionem clarius et expressius docuit apostolos de regno dei q̄ ante. Ipsi enī erant magis capaces quia habebāt sensum aptum ad intellectū scripturarū: vt habet̄ Lu. vl. [in die illo] scꝫ in die penthecostes [in noīe meo petetis] .i. petēdo nomē meū inuocabitis: qꝛ post ascensionē τ post missionē spiritussancti ap̄li magis virtutē nominis iesu christi sentiebant q̄ ante. Et ideo petitiones suas in noīe iesu formabant: et ꝓpter hoc oratiōes ecclesie in fine formant̄ in noīe xp̄i dicēdo. Per dn̄m nostrū iesum xp̄m τc. [et non dico vobis: qꝛ rogabo patrē de vobis] Tho. q̄si dicat ad exaudiendum vr̄as petitiones apud patrē non erit necessaria oratio mea: qꝛ solus amor quo diligitis me sufficit patrocinari [Ipse enī pater amat vos] amās facile dat amanti [quia vos me amastis: vt pꝫ Johānis. xiiij. Qui diligit me diligetur a pr̄e meo [τ credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre] per eternam generationē [et veni in mūduꝫ] ꝑ carnis assūptionē [iterū relinquo mundū] per passionē τ corporalē p̄ntiaꝫ [τ vado ad patrē] ꝑ ascensionē quādo exaltatus est vsqꝫ ad dexteraꝫ dei patris. [Dicunt ei discipuli eius: ecce nunc palam loqueris et ꝓuerbium nullū dicis] Ly. Clari⁹ loquebatur de ꝓcessu eius a patre τ de aduētu eius in mundū per carnis assum-

ptionez q̃ fecerat ante [Nūc scimus q꞉ scis omnia] Ly. ex doctrina enī ei⁹ et miraculis plenius eius deitatem cognoscebāt [ꝛ non ē opus vt quis te interroget] sepe enī dicit Glo. volēteſ ab eo querere audiebant solutionez anteq̃ pponerēt questionē. ꝛ sic pus eis respondit anteq̃ quererent [ī hoc credimus q꞉ a deo existi] Tho. quasi diceret. Intelligētia omniū occultoꝝ facit nos credere q̃ tu sis verus ꝛ naturalis fili⁹ dei in q̃ sunt oēs thesauri sapientie et scientie dei abscōditi. Unde circa presens euangelium vbi dicitur. Petite et accipietis. Notandum secundum Augustinum q̃ triplicia sunt bona ī genere. infima. media. ꝛ summa. Infima bona sunt temporalia que quasi nihil sunt. Vñ Hieremie. iiij. Aspexi terram ꝛ ecce quasi vacua erat et nihil. Et talia sub cōditione peti possunt moderate: videlicet si placet da sanitatem: temporalia ꝛ vitam ꝛ cetera. Et ratio est quia aliquibus bona temporalia vt scientia: honores ꝛ amici: diuitie ꝛ sĩlia quandoq̧ sunt occasio peccandi. alijs occasio merendi. Sed q̃bus prosunt ꝛ quibus obsunt solus deus scit. iō sibi cōmittēda sunt. Alia sunt bona media scʒ v̓tutes: q̃ nulli obesse possunt: ꝛ illa frequent̄ sūt petēda. Alia optima vt beatitudo celestis. ꝛ illa bona petēda sunt feruentissime. Sʒ querit̄ cur deus non statim dat quod petit̄. Respōdetur Primo q꞉ tunc homo min⁹ meritū haberet non iterando orationem. Scdo quia vilipēderet̄ vel minus curaret̄ illud quod cum modico laborca cqreret̄. Tertio vt desideriū augeat̄ vt patʒ ī muliere chananea Quarto vt humilief: vt pʒ in eadem chananea q̃ se canem fatebat̄. Quinto q꞉ meliora interdum dare vult tpe oportuno: vt qñ ipsi hoī fuerit vtile.

¶ In die ascensionis domini euangelium secundum Marcum. xvi.

In illo tempore. Recūbentibus vndeciz discipulis apparuit illis ies⁹ ꝛ exprobrauit incredulitatē illorū et duritiā cordis: quia his qui viderāt euz resurrexisse non crediderūt. et dixit eis. Euntes in mundū vniuersuʒ predicate euāgelium omni creature. Qui crediderit et baptisatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquētur nouis: serpentes tollent: et si mortiferum q̃d biberint non eos nocebit. Super egros manus imponent et bene habebunt Et dñs quidem iesus postq̃ locutus est eis assumpt⁹ est in celū et sedet a dextris dei Illi autē profecti predicauerunt vbiq̧ domino cooperāte: et sermonē confirmāte sequentib⁹ signis.

¶ Postilla

¶ Recumbentib⁹ vndeci discipulis Mar. xvi. Hystoria hui⁹ euāgelij facta est anno xpi. xxxiij. iij. nonas iunij. luna. xxvij. feria. v. videlicʒ ipo die ascensionis inditione. vi. Vñ initiū illius euāgelij scribit sanct⁹ lucas q̃ xps dixit discipulis suis. Uos estis testes horū. Lyra. scilicet passionis et resurrectionis. Et ego mittam promissum patris in vos scilicet spiritumsanctū. Uos autem sedete in ciuitate quousq̧ induamī virtute ex alto

Tūc postmodū sequitur euangeliuȝ
hodier.[Recumbentibus vndeci di-
scipulis]Dn̄s noster iesus christ⁹ cū
in his quadraginta diebus ꝑ multas
apparitiones discipulis factas resur
rectionē suam approbasset. Hodie in
die ascensionis bis ipsis voluit appa
rere scilicet in mensa duȝ prandebāt.
Nam vt dicit magister ī hystoria sco
lastica. Omēs tam apostoli ꝙ alij di-
scipuli et mulieres habitabāt in ista
parte in hierusalem que dicit̄ mel-
los in monte syon vbi dauid cōstru-
xerat sibi palacium. Et ibi erat illud
cenaculum grande stratū: in quo pre
cepit dominus sibi parare pascha: ꝛ ī
cenaculo illo habitabant tūc vndecī
discipuli. Ceteri vero discipuli ꝛ mu
lieres habitabāt circūquaqꝫ ꝑ diuer
sa hospicia. Et vt dicit̄ in principio
hodierni euāgelij [Recumbentib⁹]
id est comedentibus[vndecī discipu
lis]scȝ in illo cenaculo hodierna die
[apparuit illis ies⁹ ꝛ exprobrauit in-
credulitatē illorum ꝛ duritiā cordis]
Ly. non ꝙ tunc erat in eis sed ꝙ ante
fuerat in ipsis discipulis.[Quia his
qui viderant eum resurrexisse nō cre
diderunt:vt pȝ de thoma qui nō cre-
didit alijs discipulis. Et silr̄ alij disci
puli nō crediderūt marie magdalene
ꝛ alijs mulierib⁹: ꝛ ꝯmedit cū eis. vn̄
Act.i. Cōuescens p̄cepit eis ab hiero
solimis ne discederēt: sȝ expectarent
ꝓmissionē patris.i. aduentū spūssan
cti a pr̄e ꝑ xp̄ȝ ꝓmissuȝ. Et scd̄m ma-
gistrū in hystorijs Hoc dicto precepit
eis vt egrederent̄ de ciuitate: ꝛ sic sta
tim euanuit ab oculis eoꝝ. Et imme-
diate post comestionē vndecim apl̄i ꝛ
alij discipuli ꝛ mulieres vnanimit̄ de
ciuitate egressi venerūt ad montē oli
ueti. ꝛ ibi dn̄s iesus secūdario hodier
na die apparuit: ꝛ vt ait magister in
hystorijs. hāc processionē apostolorū
ꝙ vnanimiter de ciuitate sunt egressi
representat eccl̄ia singulis dieb⁹ dn̄i
cis processionem faciens egrediendo
extra ecclesiā preferendo crucem añ
ꝓcessionē. Nā per crucē que prefert̄
representatur dn̄s noster iesus xp̄us
ꝙ nos p̄cessit ꝛ suo exēplo nobis viā
ad celū ostēdit. Et ꝙ ordinate vn⁹ p⁹
aliū crucē sequitur vsqꝫ ad eccl̄iaȝ signi
ficat ꝙ oēs xp̄iani vitā ꝛ mores ꝛ do-
ctrinā xp̄i sꝑ pre ocul' habere debeāt
ꝛ suā vitā exēplo xp̄i ꝯformare ꝛ sic ꝓ
ficere de virtute in virtutē trāseūdo:
donec intrent celestē ecclesiā.i. patriā
eternā: vbi videāt facie ad faciē diui
nā naturā; scd̄m illō p̄s.lxxxiij. Ibūt
de virtute in virtutē sic videbit̄ deus
deoꝝ ī syon. Post hoc cōmisit dn̄s ie-
sus apl̄is officiū p̄dicatōis dicēs[Eū
tes ī mundū vniuersū predicate euā
geliū] Aug. Nō phōꝝ vanitates aut
certe proprias fictiones: ad Roma.i.
Non erubesco euangeliū[Omi crea
ture] Ly. Omi hoī qui hȝ ꝯueniētiā
cū oī creatura. Per esse ei' cōuenit cū
inanimatis: ꝑ viuere cum vegetabi-
libus ꝛ plātis: ꝑ sentire cū animalib⁹
ꝑ intelligere cum angelis. iō designa
tur noīe omīs creature[qui credide
rit et baptisatus fuerit] Ly. Non enī
sufficit fides sine baptismo per quē
quis incorporatur xp̄o si assit facul-
tas recipiendi baptismum fluminis.
Si aūt non assit facultas: sufficit ba-
ptismus sanguinis vt in martyribus
ꝙ pro xp̄o īterfecti sunt anteꝙ̄ essent
baptizati: vl' baptismo flaminis. sicut
est in habentibus fidem xp̄o ꝛ deside
rant baptismū: sȝ preueniunt̄ morte
anteꝙ̄ possunt implere[saluus erit]
scȝ salute eterna si saltē opibus tenet
Vn̄ Iaco.ij. Fides sine opibus mor-
tua est[qui non crediderit condēnabi
tur]scilȝ eterna damnatione[Signa
autem eos qui crediderint hec sequē
tur] Ly. In p̄mitiua enī ecclesia fides
erat nutrienda et firmāda miraculis
Ideo gratia miraculorum dabatur
non solum apostolis christi: sed mul-
tis alijs credentibus: vt patet ī exem
plis et in legendis sanctorum [in
nomine meo] id est in virtute no-
minis mei [demonia eijcient] He-

omnia ad litterā impleta sunt. Sepe enī apl̄i et alij fideles demones eiecerunt. Sicut beatus Bartholome⁹. et sic de alijs [Linguis loquent̄ nouis] Ly. Hoc est factū in apostolis ⁊ i alijs credentibus q̄ erant cū eis qū p̄ gratiam spūssancti in die pēthecostes receperūt donū linguarū: h° p̄z Act. ij. Loquebātur varijs linguis apostoli [serpentes tollent] vt p̄z in paulo: vn̄ Actu. xxviij. Qui percussus a vipera in nullo lesus fuit: sed viperā pendētem ad manū eius i ignē excussit. Et iacobus apostolus duos ingētes dracones remisit i desertū: quos Hermogenes ⁊ Philetus cōcitauerant contra eum [Et si mortifer̄ q̄d biberint nō eos nocebit] Hoc ad litterā impletum est in iohanne euangelista q̄ venenū bibit quod ei non nocuit [Sup̄ egros manus imponent ⁊ bene habebunt] Quia multi infirmi a duersis languorib⁹ sunt curati ex impositiōe manuū apl̄or̄: et ex tactu vestimētor̄ immo quod etiam plus est ex vmbra petri apostoli sanabantur infirmi: vt habet̄ Actuum. ij. ⁊. v. Item per manus apostolor̄ fiebāt signa et p̄digia magna in populo. ⁊ non solum infirmos curabant: sed per impositionem manuū ipsorū dabatur spūssanct⁹. vn̄ habetur Act. viij. Tūc imponebant manus sup̄ illos ⁊ accipiebāt spiritū sctm̄ [Et dn̄s q̄dem iesus postq̄ locutus est eis]. s. hec oīa verba iam predicta et p̄la alia q̄ habent̄ Act. i. [assumptus est in celū] Ly. virtute propria et cū gratulatione toti⁹ familie celestis. Vn̄ luce. xxiiij. ⁊ eleuatis manibus ferebat̄ in celu3: et bn̄dixit eis id ē apl̄is et alijs fidelibus. Et hoc loco in cōsuetudinē dixit ecclesia: vt sic dn̄s iesus postq̄ oībus pactis ascēdē voluit in celū bn̄dixit fidelib⁹ suis: q̄ sic ep̄i ⁊ ceteri p̄sbiteri pacto diuino officio volētes tā ab altari recedere: dant sup̄ pp̄lm bn̄dictionē signantes eos signo sctē crucis: et ip̄recātes eis bona in noīe sancte trinitatis [et sedet a dextris dei]. s. cōgaudēs patri omī equalitate scōz deitatē [Illi aūt] Ly. s. apostoli ⁊ xp̄i discipuli [p̄fecti] sc3 ad mandatū dn̄i n̄ri iesu xp̄i [p̄dicauerūt vbiq3] Vn̄ in p̄s. xviij. In oēz terrā exiuit son⁹ eorū ⁊c. [dn̄o cooperante] eos dirigendo ⁊ p̄tegendo [et sermonē p̄firmāte: sequētib⁹ signis] Hug. sup̄ marc. Opa miraculor̄ i exordio ecclesie necessaria fuerunt vt fides miraculis nutriret̄. mō non sunt necessaria: q3 fides ecclesie confirmata est. Circa presens euangeliū ⁊ sup̄ illa verba. Euntes in mundū vniuersum p̄dicate euāgeliū oī creature ⁊c. Notandū q̄ scōm Tho. de aquino. maximū miraculu3 xp̄i in terris fuit q̄ per simplices mūdū subiecit fidei q3 apostoli fuerūt simplices scōz mūdum et pauperes mechanici. s. piscatores ⁊c. Et null⁹ nobilis fuit nisi sanctus Bartholomeus. Unde hic q̄rit̄. Quare nō elegit xp̄s prudētes hui⁹ seculi: scribas qui fuerunt docti i lege: nec diuites: nec potentes. Respōdetur p̄pter certitudinē fidei: quia si sapientes seculi elegiss3 et misisset ad p̄dicandū fidē christianā: tunc p̄fidi ⁊ inimici fidei dixissent q̄ fidē finxissent cum prudentia et astutia. Si diuites tunc dixissent q̄ per dona et munera hoīes induxissent ad fidem illam. Si aūt potentes et nobiles: tūc dixissent q̄ per potentiā et coactionē homīes induxissent ad fidē. S3 vt nullū illor̄ perfidi allegare possent igitur ⁊c. Vn̄ hic notandū q̄ xp̄s inter oēs sapiētes hui⁹ mūdi nisi vnū cōuertit. s. gamaliele legis doctorē. Et inter oēs diuites solū zacheū. Et de oīb⁹ nobilib⁹ et principibus nisi tres Nichodemū centurionē ⁊ Regulū. Sed de pauperibus et simplicib⁹ ⁊ ignobilib⁹ multos cōuertit: quia christiani a pauperibus et simplicibus ortū habuerunt vn̄ Apostol⁹. videte vocationē v̄ram fratres: quia non multi sapientes secundū carnē: non multi potentes. s3 infima mūdi elegit deus.

¶ Dñica post ascensionē dñi euāgeliū scdm Johannē. xv.

eos claudos et beatus eris: q2 nō hñt vñ retribuant tibi. retribuet enī tibi in retributione iustoꝝ. Hec cū audisset q̄dam de simul discūbentib⁹ dixit illi Beatus q̄ mādūcabit panē in regno dei. Et ipse dixit [Hō quidam]. i. christus verus homo ꝛ verus deus [fecit cenā magnā] Ly. i. statuit celestē beatitudinē: q̄ vocat cena eo q̄ ē refectio vltima. Gre. Hec cena magna ē satietas eterne dulcedinis quā nobis de⁹ pparauit [et vocauit multos] q2 vult oēs hoīes saluos fieri. i. Thimo. ij [et misit seruū suū] scđm Greg. p seruū itelligere debem⁹ quēlibȝ p̄dicatorē q̄ tūc hoīes ad cenā dñi vocat qñ aliquid in eorū edificationē loq̄tur [hora cene] finis est seculi. s. vltima etas i qua nos sum⁹. Vñ apl's. Nos sum⁹ in quos fines seculoꝝ deuenerūt [dicere inuitatis vt venirent] Nā de⁹ nos oī tpe vocat ad cenā suā: aut p īspirationē: aut p predicationē: aut p pspe ritatem: aut per flagellationē ꝛ sic de alijs [q2 parata sunt oīa] xp̄o i cruce īmolato aptus est introitus in regnū celoꝝ. In signū huius xp̄us pendens in cruce dixit. Consūmatū est ꝛc. [Et ceperūt omnes se excusare] Ly. i. per mala opa se retrahere. Et accipiunt oēs pro maiori parte: q2 pauci saluantur respectu dānatorū: vt pȝ Mat. xx. Multi sunt vocati pauci vero electi [Et prim⁹ dixit. Villaȝ emi: ꝛ necesse habeo exire et videre illam] Ly. Hic notant supbi per dñm ville: q2 supbi cupiunt alijs dñari [rogo te habe me excusatū] Vñ gre. Humilitas sonat i voce: sȝ supbia est in actione dū venire contēnit [et alter dixit. Juga bouȝ emi q̄nq3 et eo probare illa] Lyr. per hoc intelliguntur cupidi terrenis nimis intenti: finē suū ibi constituētes et q̄nq3 sensus nimiū circa temporalia occupantes [rogo te habe me excusatū. Et alius dixit. Vxorē duxi: et ideo non possum venire] Per hoc intelliguntur luxuriosi: q̄uis enī omia vitia mortalia ipediant venire ad ce-

nam refectiōis eterne: tamē illa tria peccata scȝ supbia: auaritia: luxuria precipue impediunt venire ad cenā celestē. Querit quare luxuriosus nō rogauit seruū de excusatiōe sua sicut ꝛ alij duo. R̄ndet Hor. q̄ licet multa alia peccata sint grauiora q̄ luxuria tñ luxuria fortius ligat ꝛ magis ipedit a bonis operibus. [Et reuersus seruus nunciauit hec dño suo] Guil. Predicatores verbi dei dum pficiūt ad deuȝ redeunt gratias agendo. Sȝ cū obstaculū inueniunt: quasi ei nunciant consiliū ꝛ auxilium eius implorando [Tunc iratus paterfamilias] Guil. Euāgelista hic loquitur de deo more hoīs irati: in quē tñ motus ire nō cadit: sȝ dicitur irasci qñ facit opa que congruunt irato [dixit seruo suo Exi cito in plateas et vicos ciuitatis ꝛ paupes ac debiles cecos ꝛ claudos ītroduc huc] Omīps ꝛ misericors de⁹ quos mundus abijcit: ipse misericorditer recipit. Unde Greg. Pauperes ac debiles: ceci: ꝛ claudi vocant et veniunt: q2 infirmi quiq3 atq3 in mūdo despecti plerūq3 tanto celerius voceȝ dei audiūt: quanto in hoc mundo nō habent vnde delectentur [ꝛ ait seru⁹ dñe factū est vt īperasti ꝛ adhuc loc⁹ est. Et ait dñs seruo. Exi in vias ꝛ sepes] per vocatos de plateis ītelliguntur publici peccatores. Per vocatos de vicis intelligunt occulti peccatores qui saltē erubescūt pctōres videri. Per vocatos de vijs intelligūtur peccatores qui parati sunt cōuerti de facili. Per vocatos de sepibus ītelligūtur peccatores q̄ de peccatis suis iam dolere incipiunt ꝛ cōpungūtur [et cōpelle intrare] Guil. Hanc cōpulsionē facit aduersitas: vñ Gre. Mala que nos hic premunt ad deum nos ire compellunt. Guil. Nonne xp̄s cōpulit paulū qui prostratus et visu amisso conuersus est: vt pȝ Act. ix. Itē filiū pdigum qui fame cōpulsus redijt ad patrē suum: vt patȝ Luce. xv. Aug. Felix necessitas que compellit

ad meliora[vt impleat domus mea] Glo. interli. numerus pdestinatorum fidelium q̃ numerus incxpletus non remanebit [dico aũt vobis q nemo virorum illorum qui vocati sunt] Guil. se excusantiũ ⁊ nolẽtiũ venire[gustabit cenã meã] O q̃ grauis et dura priuatio excludi a visiõe dei ⁊ societate marie ⁊ oĩm sanctorum ⁊ qd grauius est q sic exclusus erit ĩ inferno ĩclusus: vbi velit vel nolit gustabit cenã diaboli.

Dñica tertia post octauas pẽthecostes euangeliũ scdm Lucam. xv. ca.

In illo tpe. Erãt appropinquãtes ad iesuz publicani ⁊ peccatores vt audirẽt illũ ⁊ murmurabãt pharisei ⁊ scribe dicentes q hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolã istã dicẽs. Quis ex vob hõ q hz centũ oues: ⁊ si pdiderit vnã ex illis nonne dimittit nonagintanouẽ ĩ deserto ⁊ vadit ad illam que perierat donec ĩueniat illã: ⁊ cũ ĩuenerit eã ĩponit in humeros suos gaudens: ⁊ veniẽs domũ ꝯuocat amicos ⁊ vicinos dicẽs. Cõgratulamini mihi q inueni ouẽ meã que perierat. Dico vobis q ita gaudiũ erit in celo sup vno peccatore penitẽtiã agente q̃ sup nonaginta noue iustis q̃ nõ ĩdigẽt penitentia. Aut q̃ mulier habens dragmas decẽ si perdiderit dragmã vnã nonne accẽdit lucernã et euertit domũ ⁊ q̃rit diligẽter donec inueniat eam: et cũ inuenerit cõuocat amicas et vicinas dicẽs. Cõgratulamini mihi: q inueni dragmã quã perdiderã. Ita dico vobis gaudium erit coram ãgelis dei sup vno peccatore penitentiã agente.

Postilla.

Erãt appropinquãtes ad iesum. Luc. xv. Mathei. xviij. Mar. ij. Hystoria huius euãgelij facta ẽ anno xpi. xxxij. vi. kalẽ. septẽbris. fer. v. indictione. v. luna. xij. Ante initiũ illius euãgelij scribit sanctus lucas in pcedenti ca. q xpus dixit discipulis suis Qui non baiulat crucem suã ⁊ venit post me non põt meus eẽ discipulus. Tunc postmodũ seqtur euãgeliũ hodiernũ[Erant appropinquãtes ad iesuz publicani et peccatores] Ly. ex pposito emendatiõis vite. publicani dicũtur peccatores notorij: peccatores vero occulti[vt audirent illũ] Ly. parati ei obedire[⁊ murmurabãt scribe ⁊ pharisei] Hor. scribe dicunt preeminentes in sciẽtia: pharisei peminẽtes in vita[dicẽs. Q hic pctõres recipit et mãducat cũ eis] Lyr. notantes xpm de mala vita eo q talibus amicabilem se pbebat [Et ait ad illos pabolã istã dicens. Quis ex vobis hõ qui hz centum oues] Hor. Iste hõ est iesus xps qui hz centũ oues. i. angelos ⁊ hoĩes [et si pdiderit vnã ex illis] Hor. qd factum fuit qñ hõ pascua vite reliquit et ouis vna. i. humana natura totalr perdita fuit: quia omẽs in adam peccauerunt vt pz ad Roma. v. [Nonne dimittit nonagintanouẽ in deserto: ⁊ vadit ad illã que perierat donec ĩueniat] Hor. Hoc ei fecit christus iesus qñ deserẽs nouẽ ordines angelorum venit ad querendũ hominẽ perditũ: scz quãdo carnẽ assumpsit: et eũ quesiuit per penitentiam predicando: et

miracula faciendo[et īuenit].s.quā-
do aliqui peccatores cōuersi ad eum
penitentiam agunt [et cū inuenerit
eam ponit in humeros suos]Unde
Amb.hoc fecit Jesus qñ penā pctōꝝ
in corpore suo suꝑ lignū crucis por-
tauit:vt pꝫ Jsa.liij.Uere languores
nostros ip̄e portauit[gaudēs]huma
ni generis liberatione[et veniens
domū].i.ī celum empireum.s. in die
ascēsionis[ꝯuocat amicos ⁊ vicinos]
Guil.i.nouē choros angeloꝝ q̄ amici
ei⁹ sunt:quia voluntatē eius ꝯtinue
faciunt.vicini eius quoqꝫ sunt: quia
claritate visionis eius assidue ꝑfruū
tur. Math.xviij. Angeli eorū semꝑ
vident faciē patris mei qui in celis
est[Dico vobis ꝙ ita gaudiuꝫ erit in
celo super vno peccatore penitentiā
agente ꝙ̄ suꝑ nonagintanouē iustis
qui non indigent penitentia] Guil.
hoc intelligitur de penitente feruēti:
⁊ de iustis negligentibus⁊ non feruē
tibus.Quod autē angeli dei magis
gaudēt de peccatorib⁹ cōuersis ꝙ̄ de
iustis stantibus non est ꝓpter pecca-
tum commissuꝫ: sed ex hoc q: ex pec
catis cōmissis sepe meliores efficiun
tur et sanctiores ⁊ in bono feruentio
res : sicut sanctus Grego. exponit in
omelia hodierna. Magis inquit de
pctōre cōuerso ꝙ̄ de stante iusto gau
dium fit in celis. quia dux in prelio
magis illū militē diligit qui post fu-
gam reuersus hosteꝫ fortiter ꝑmit ꝙ̄
illum q̄ nunꝙ̄ terga prebuit ⁊ nunꝙ̄
aliq̄d fortiter fecit. Sic etiā agricola
ampli⁹ illā terrā amat q̄ post spinas
vberes fruges ꝓfert ꝙ̄ eam q̄ nunꝙ̄
spinas habuit et nunꝙ̄ fertilē messeꝫ
ꝓduxit. Itē Guil. Et sicut mater hñs
decē pueros:si decimus fortiter egro
tet magis est sollicita de eo ꝙ̄ de alijs
nouem.⁊ si sanitatē recuperet magis
gaudet de sanitate eius recuꝑata ꝙ̄
de sanitate in alijs nouē conseruata.
Ita magis est gaudiū ī celo suꝑ vno
peccatore cōuerso ꝙ̄ de multis iustis
[aut que mulier hñs dragmas decē:

⁊ si perdiderit dragmā vnā]Ly. mu-
lier ista est sapientia diuina: habens
nouē ordines āgeloꝝ quasi dragmas
nouē et decima dragma est humana
natura ad ymaginem dei facta ⁊ ca-
pax ipsius per cognitionē et amorem
ista dragma decima fuit perdita per
peccatum primoꝝ parentum[nonne
accendit lucernam] Lucerna est lux
vera.i. christus qui illuminat omneꝫ
hominē venientē in hunc mundum.
Johan.i.Et lucerna tunc fuit accen-
sa qñ deitas humanitati fuit vnita ⁊
lucerna tunc luxit quando xp̄s inter
homines perfecta conuersatione cla
ruit:et exemplariter vixit.Uñ Aug.
de vera religione. Quicquid christ⁹
gessit in terris doctrina morum fuit
[⁊ euertit domū]Gor.quādo consciē
tias hominū predicādo de reatu suo
perturbauit et purgauit[⁊ querit di-
ligenter].s.nihil de illis que pertinēt
ad redemptionē nostram omittendo
scōm illud Jsa.v. Quid est qd̄ vltra
debui facere vinee mee ⁊ nō feci [Et
cum īuenerit dragmam] vñ dragma
inuenitur cū in homīe similitudo cō
ditoris reparatur hoc autē fit ꝑ grāꝫ
que est imago recreatōis. Uñ ps.iiij.
Signatum est suꝑ nos lumē vultus
tui dñe[⁊ cōuocat amicas ⁊ vicinas]
.i. angelicas preces q̄ de ꝓximis deū
contemplant:⁊ ei amicabiliter famu
lantur [dicēs Congratulamini mihi
q: inueni dragmā quā perdideram]
Et notanter dicit cōgratulamī mihi
et non dragme:ad ostendendū suā li-
beralitatē:quia gaudium suum vult
omnibus cōmunicare [Ita dico vob
gaudiū erit coram angelis dei super
vno peccatore penitentiā agente]Et
notāter dicit penitentiā agente : ⁊ nō
dicit cogitante solum:aut dicēte:aut
ostendente vt ypocrite:sed agente scꝫ
realiter et veraciter. Pro quo sciē-
dum ꝙ maius est gaudium angelis
de conuersione vnius peccatoris ꝙ̄
si filius alicuius a mortuis resuscita
retur:vel si filius alicuius in impere

totem vel papam eligeretur. Unde circa presens euangeliũ vbi dicitur. Qui habet centũ oues est sciendũ q ouis est animal de sua natura innocẽs. cetera aũt animalia aut mordent dentibus: vt canis et lupus: aut pungunt vel impungunt cornibus: vt aries et thaurus: aut percutiunt pedibus vt equus ꝛ mulus: aut dilaniãt vnguibus: vt leo ꝛ vrsus: ouis aũt nihil horum facit. Quem aũt christi sciat se non esse qui vel mordet dentibus detrahendo. vel ipungit cornibus alios violenter opprimendo aut pede percutit ꝓximo irascendo: aut dilaniat vnguibus aliena rapiendo.

¶ Dñica quarta pꝰ octauas penthe. euangelium scdm lucam. vi. ca.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes sicut et pater vester celestis misericors est. Nolite iudicare et non iudicabimi: nolite condẽnare ꝛ nõ condẽnabimi. Dimittite ꝛ dimittemi. Date et dabitur vobis: mẽsuram bonã ꝛ confertam ꝛ coagitatã ꝛ supeffluentẽ dabũt in sinũ vestrũ. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Dicebat aũt et eis similitudinem nunqd põt cecus cecũ ducere: nonne ambo in foueã cadunt? Nõ est discipulꝰ super magistrũ: perfectus aũt omnis erit si sit sicut magr eius. Quid aũt vides festucam in oculo fratris tui: trabẽ autẽ que in oculo tuo est non consideras? Aut quõ potes dicere fratri tuo frater sine eijciaz festucã de oculo tuo: ipse trabem in oculo tuo non vides ypocrita. eijce primũ trabez de oculo tuo et tũc ꝓspicies vt educas festucaz de oculo fratris tui.

¶ Postilla.

¶ Estote misericordes sicut ꝛ pater ꝛc. Luc. vi. Math. vij. Mar. iiij. Hystoria huius euãgelij dixit dñs iesus ãno eiꝰ. xxxij. ydus iulij. feria. v. indictione. iiij. luna. xvi. Ante initium istius euãg. scribit sctũs lucas q xp̃s dixit. Mutuũ date nihil īde sꝑantes ꝛ erit merces vestra multa: ꝛ eritis filij altissimi: qꝛ ipse benignꝰ est sup ingratos et malos. Tunc statim sequitur euãgeliũ hodiernũ [Estote misericordes] ī hoc euãgelio docet nos xp̃s misericordes eẽ ad paupes: ponẽs pfez celestẽ ī exemplũ: cũ dicit [Estote misericordes] Hor. non dicit estote potẽtes sicut pr est: vel sapiẽtes sicut filiꝰ dei est: sed [Estote misericordes sicut pater vester misericors est] Ly. deus eniz releuat miserias nostras ꝓpter suã bonitatẽ: sic ꝛ homo debet moueri ad releuandã miseriã ꝓximi propter amorẽ bonitatis diuine [Nolite iudicare]. s. temerarie de ꝓximo [ꝛ nõ iudicabimi] scꝫ a deo [nolite cõdẽnare et nõ cõdemnabimini] quasi dicat et si forte ex fragilitate humana ꝯtingat vos suspiciose iudicare: nolite tñ condẽnare: id est aliquẽ dignum condemnatione diffinire: quia aliquis est hodie malus q̃ forsassis cras erit bonus. Exemplum in paulo vt patet Actuũ. ix. ꝛ in publicano: vt pꝫ Luc. xviij. [dimittite]. s. iniurias vobis illatas a ꝓximo [ꝛ dimittetur vobis] scꝫ peccatũ vestruz a deo cui frequenter iniuriati fuistis [date] scꝫ temporalia [et dabitur vobis] Glosa interlinearis: vita eterna. Guil. Danti pauperibus non solum dantur spiritua-

lia in pn̄ti ⁊ celestia in futuro: immo
etiā tꝑalia ⁊ naturalia bona ei multi
plicātur: ergo dicit [mensurā bonā]
quantū ad bona fortune: q̄ aliquādo
conferunt̄ ꝓpter opera pietatis [⁊ cō
fertaz] quantū ad bona nature: sicut
sanitas et huiusmodi: q̄ etiā aliquan
do conferūtur ꝓpter opera pietatis
[et cogitatā] quantū ad bona gratie
[⁊ superfluentē dabunt in sinū vr̄m]
quantū ad bona glorie. Et ideo dicit
apl̄us. i. ad Thimot. iiij. Pietas ad
omnia valet promissionem vite que
nunc est habens: ⁊ future [eadē quip
pe mensura qua mēsi fueritis reme-
tiet̄ vobis] Ly. q: scd̄m ꝙ opera pie-
tatis sūt maiora erit ⁊ retributio ma
ior. Ista tn̄ maioritas est attendenda
semꝑ scd̄m magnitudinez interioris
affectus. Vn̄ ⁊ Mar. xij. vidua q̄ mi-
sit duo minuta in gazophilatiū scd̄m
testimoniū saluatoris dr̄ plus misisse
q̄ꝫ multi diuites q̄ magna dona mise
rant. Vn̄ Hiero. Que offerūtur non
suo pondere: sed offerentis volunta-
te pensātur [dicebat aūt et illis] scꝫ di
scipulis suis et turbis [similitudinē.
Nunq̄d pōt cecus] .i. carens sapiētia
et sciētia [cecū ducere] .i. ignorantez
docere et dirigere. q. d. nō [nōne ābo
ī foueā cadūt] .i. in ꝑditionē. Primo
enī cadunt in foueā culpe: scd̄o in fo
ueā gehēne. Vn̄ Grego. in pastoral.
Cum pastor ꝑ abrupta gradit̄: conse
quēs est vt grex ad precipiciū sequat̄
Vn̄ etiā eccle. x. Qualis rector ciuita
tis: tales et q̄ habitant in ea [non est
discipulus suꝑ magistrū] Lyr. et ideo
non est mirū si ip̄m sequit̄. Vn̄ subdi
tur [ꝑfectus aūt omnis erit si sit sicut
magister eius] q: si assimiletur bono
magistro erit perfectus scd̄m verita
tem [nō est discipulus suꝑ magistrū]
Gor. de quo magistro dicitur Math.
xxiij. Magister vester vnus est xp̄us
Itē Johan. xiij. Vos vocatis me ma
gister et dn̄e et bene dicitis: suz eteni
⁊c. [perfectus autē oīs erit si sit sicut
magister eius] Nam huius magistri
scꝫ xp̄i imitatio ē humana perfectio.
Unde Aug. Sūma perfectio xp̄iane
religionis est imitari quez colis [q̄d
aūt vides festucā] .i. pctm̄ videlicꝫ mi
nus in oculo fratris tui] .i. in conuer
satione et cōscientia eius [⁊ trabem]
.i. maius peccatū [que est ī oculo tuo]
.i. in teipso [non cōsideras] vt patꝫ ad
Roma. v. Qui aliū doces teip̄m non
doces [aut quō potes dicē fratri tuo
frater sine] .i. ꝑmitte [eijciā festucā]
.i. culpā modicam [de oculo tuo: ipse
trabem in oculo tuo non vides ypo-
crite] Gor. q: si hec facis ex simulatio
ne non ex dilectione iustitie: scꝫ ꝙ ar
guis et pōderas peccata aliena vt la
teant tua [eijce primo trabē de oculo
tuo] Ly. q: hic est ordo charitatis ꝙ a
seip̄o incipiat: vt patꝫ Prouer. xviij
Justus prior est accusator sui. Sed in
oppositū multi sunt q̄ alios corrigūt
et seipsos negligunt [et tunc perspi-
cies vt educas festucā] .i. paruū defe
ctum [de oculo fratris tui] scꝫ postq̄
emendasti tuos magnos defectus.

¶ Circa pn̄s euangeliū vbi dr̄. Esto-
te misericordes. Notandū est ꝙ duo
tenemur ꝓprimo. s. cōpassionē cordis:
et beneficium operis si assit facultas
A primo nullus excusatur: q: oīs hō
debet compati ꝓximo afflicto vin ne
cessitate cōstituto. A secundo. s. bene-
ficio op̄is excusant̄ multi: scꝫ quādo
facultas deest: sꝫ si facultas adest tūc
in necessitate ꝓximo quilibꝫ tenetur
subuenire. Vn̄. i. Johā. iij. Si q̄s ha-
buerit substantiam huius mundi: et
viderit fratrē suū necesse habere: et
clauserit viscera sua ab eo: quō cha-
ritas dei manet in eo. q. d. nullo mō:
ergo signū est ꝙ charitas dei non est
in illo homīe. Unde ex iam dictis ptꝫ
ꝙ nō dare elemosinam cū non habet
non est signū ꝙ charitas dei non sit ī
tali homine: sed non compati paupe
ribus et tribulatis est signum ꝙ cha
ritas dei non est in eo. Unde elemosi
na interior scꝫ compassio cordis est
maior elemosina q̄ꝫ datio nutrimen-

ti. Sequit᷑ in euangelio. Nolite iudicare. Unde hic querit᷑ vtrū oīa dubia sint in meliorem partez interp̄tanda. Respondeo scd̄m sanctū Tho. ꝙ qui habet malā opinionez de aliquo sine causa legitima iniuriat᷑ eidē: iō quilꝫ in omni causa dubia debet factuz vel dictum proximi in melius interpretari. Et melius est ꝙ aliquis freq̄ter fallatur habens opinionez de aliquo malo: ꝙ̄ ꝙ rarius fallat᷑ habens malam opinionē de aliq̄ bono: qꝛ ex hoc fit iniuria alicui nō aūt ex primo: hec ille Sequitur nūc. Date ⁊ dabit᷑ vob Unde hic q̄rit᷑ vtrū dare elemosynā sit in p̄cepto. Respondeo scd̄m sctm̄ Tho. vbi supra: qꝛ cū dilectio ꝓximi sit in p̄cepto necesse est oīa illa cadere sub p̄cepto sine quibꝰ dilectio ꝓximi nō seruat᷑. Ad dilectionē aūt ꝓximi ꝑtinet vt ei nō solū velimꝰ bonū: ſꝫ etiā opemur scd̄m illō. i. Johā. iij. Nō diligamꝰ verbo neqꝫ lingua: sed ope ⁊ veritate. Et iō elemosynaꝝ largitio est sub p̄cepto debitis circūstantijs obseruatis ꝙ in dante sit sup̄fluū ⁊ in recipiēte necessitas: alias est ī cōsilio ⁊ nō in p̄cepto.

¶ Dominica quīta post octauas penthecostes euāgeliū secundum Lucam. v. c.

In illo tp̄e. Cū turbe irruerent in iesuz vt audirent verbuz dei: ⁊ ipse stabat secꝰ stagnū genezareth: ⁊ vidit duas naues stātes secus stagnū. Piscatores aūt descenderant ⁊ lauabant rhetia sua. Ascendēs aūt in vnā nauim q̄ erat symōis rogauit eū a terra reducere pusillū. Et sedēs docebat de nauicula turbas. Ut cessauit aūt loq̄ dixit ad symonē: duc in altū ⁊ laxate rhetia vestra in capturā: ⁊ respōdēs petrus dixit illi: p̄ceptor per totā noctē laborantes nihil cepimus: in v̄bo autem tuo laxabo rhete. Et cū hoc fecissent cōcluserūt piscium multitudinez copiosam. Rūpebat᷑ autē rhete eoꝝ et ānuerūt socijs q̄ erāt in alia naui vt venirēt ⁊ adiuuarēt eos. Et venerūt ⁊ impleuerūt ambas nauiculas ita vt pene mergerētur. Quod cū videret symō petrus ꝓcidit ad genua iesu dicens. Exi a me dn̄e: qꝛ hō peccator sum. Stupor eñ circūdederat eū ⁊ oēs qui cū illo erāt ī captura pisciū quā ceperāt. Similiter aūt iacobū ⁊ iohannē filios zebedei qui erāt socij symonis ⁊ ait ad symonē iesus Noli timere: ex hoc eris iaz hoīes capiēs. Et subductis ad terrā nauibꝰ: relictis omnibus secuti sunt eum.

¶ Postilla.

¶ Cū turbe irruerēt in iesuz Luc. v. Hystoria huiꝰ euāgelij fctā ē āno xp̄i. xxxi. viij. kal. maij. feria. iiij. īditiōe. iiij. luna. xv. Añ ītiū illiꝰ euāgelij scribit sctūs lucas ꝙ oēs q̄ habebant infirmos varijs lāguoribꝰ ducebāt illos ad iesuz et ille singl'is manus imponēs curabat oēs. Post hoc sequit᷑ euāgeliū hodiernū. s. [Cū turbe irruerent in iesuz] Hetra. ecce turbarū deuotio nunq̄ legit᷑ tantꝰ scribarū ⁊ phariseorū ad christum cōcursus ꝓpter verbū dei. Dulcedinē eniz suā deus abscōdit a sapiētibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelat eā paruulis vt pa

tet Math.xi.[vt audirēt eū] quia e-
suriebant audire verbuz dei: ideo ir-
ruerunt in eum pre nimia deuotione
audiēdi ipsuz [⁊ ipse stabat secus sta-
gnū genezareth] Lyra. est lacus ma-
gnus per quem trāsit iordanis. Et a-
liquando vocatur mare galilee. quia
transit per mediū galilee [⁊ vidit du-
as naues secus stagnū] id est ad litꝰ
stagni [Piscatores autem descende-
rāt] scilicet de nauibus in littus [⁊ la-
uabant rhetia] scilicet amouentes i-
mūdicias vt rhetia plicarent [Ascen
dens autez in vnam nauim que erat
symonis]. i. petri [rogauit eū a terra
reducere pusilluz] Ly. vt de naui po-
pulum sedētem in littore conuenien
tius doceret [⁊ sedēs] tanq̄ doctoris
auctoritate vsus [de nauicula docebat
turbas. Ut autem cessauit loqui] id ē
postq̄ finiuit ſmonē suū [dixit ad sy-
monem] id est ad petrū [Duc in altū]
Ly. hoc ē ad locum aque magis ꝓfū
dum qui est conuenientior ad piscan
dū [⁊ laxate rhetia vestra in capturā]
scz pisciū [Et rñdēs petrꝰ dixit. Pre-
ceptor per totam noctem laborantes
nihil cepimus] Ly. q̄uis diligētiam
magnā adhibuerimꝰ [in verbo autē
tuo] Hor. i. in obediēdo verbo tuo [la-
xabo rhete. Et cuz hoc fecissent] id ē
cuz laxassent rhetia in verbo dñi [con
clusert pisciū multitudinē copiosaz]
Hor. obediebant pisces xp̄o: cui subie
cta sunt oīa: volucres celi et pisces
maris. ps. viij. [Rūpebatur aūt rhe-
te eoꝝ] Ly. ex quo ptz duplex miracu
lum. Primū q̄ ceperūt magnā mul-
titudinē pisciū supra modū insolituz:
⁊ impossibilem per viā humanā. Se-
cundo q̄ illa magna mltitudo pisciū
tenebatur in rheti rupto [⁊ annuerūt
socijs qui fuerūt in alia naui vt veni-
rent ⁊ adiuuarēt eos: ⁊ venerūt ⁊ im-
pleuerūt ambas nauiculas: ita vt pe
ne mergerētur. Quod cuz videret sy
mon petrus] Hor. scz q̄ ad primū ver-
buz dñi cepissent tam ineffabilē mul-
titudinē piscium [procidit ad genua
iesu] tanq̄ dn̄m suuz cognoscens [di-
cēs. Exi a me dñe] id ē recede [q: ho-
mo peccator sum] Ly. reputabat eñi
se indignū p̄sentia xp̄i. Simili modo
dixit cēturio Math. viij. Dñe nō sum
dignus vt intres sub tectū meū [Stu
por eñi circūdederat eū] id ē admira-
tio magna ꝓpter facta xp̄i insolita.
[Et oēs qui cū eo erāt in captura pi-
scium quā ceperant. Similiter autez
⁊ stupor circūdederat iacobū ⁊ iohan
nē ⁊ filios zebedei q̄ erant socij symo
nis] Isti filij zebedei erāt ī alia naui: ⁊
erāt ꝯsanguinei xp̄i. s. filij sororis bt̄e
marie virginis [Et ait ad symonē ie-
sus] scz ip̄m ꝯsolādo [Noli timere ex
hoc]. i. de cetero [eris homines capi-
ens]. p sanā doctrinā trahēs ad vitaz
eternā. Hoc postmodum ostēsum est:
vt habet Actu. ij. vbi petrꝰ in vno ser
mone cōuertit tria milia iudeoꝝ [Et
subductis ad terrā nauibus: relictis
oībꝰ] scz in nauibus manuū istrumē
tis [secuti sunt eū]. s. symon petrus ⁊
alij qui erāt cū eo. Circa p̄ns euāgeli
um vbi d̄r. Irruerūt in iesum vt eum
audirēt. Hugo d̄ prato dicit q̄ tripha
rie hoīes diuidūtur circa verbuz dei.
Quidā audiūt ⁊ nō faciūt: ⁊ isti sunt
mali ⁊ acriter verberātur. vñ Luc. xij.
Seruus sciens voluntatē dñi ⁊ nō fa-
ciens: plagis vapulabit multis. Qui
dam nec audiūt nec faciūt: ⁊ isti sunt
pessimi: q: cōtēnunt ⁊ audire ⁊ facere
⁊ quodlibet istoꝝ pōt eē peccatū mor-
tale: q: quāuis aliqua ignorātia excu
set scdʒ illud. i. ad Thimo. i. Ideo mi
sericordiā ꝯsecutus suz: q: ignorās fe
ci in incredulitate. Tamē ignorantia
crassa ⁊ supina ⁊ affectata nō excusat
īmo de se pōt eē mortale: cū separet a
regno xp̄i. i. Corinthi. xiiij. Qui igno
rat ignorabit. Quidā audiūt verbuz
dei ⁊ faciūt: ⁊ isti sūt bt̄i vt ptz Lu. xi.
Bt̄i q̄ audiūt v̄bū dei ⁊ custodiūt illud.

¶ Dominica sexta post octa
uas penthecostes euāgeliū
secūdum Matheum. v. c.

In illo tp̄e. Dixit ie
sus discipulis suis.
Amen amē dico vo
bis:nisi abundauerit iusticia
vestra plusq̄ꝫ scribaꝝ ꝛ phari
seoꝝū:nō intrabitis in regnū
celorū. Audistis qꝛ dictū est
antiq̄s nō occides. Qui aūt
occiderit reus erit iudicio.
Ego aūt dico vobis: qꝛ oīs
q̄ irascit̄ fratri suo reus erit
iudicio. Qui aūt dixerit fra
tri suo racha reus erit ꝯsilio.
Qui autēꝫ dixerit fatue reꝰ
erit gehēne ignis. Si autem
offers munus tuum ad alta-
re et ibi recordatꝰ fueris qꝛ
frater tuus habet aliq̄d ad-
uersum te: relinq̄ ibi munus
tuum ante altare ꝛ vade pri
us recōciliari frī tuo: ꝛ tunc
veniēs offeres munus tuuꝫ.

¶ Postilla.

¶ Nisi abundauerit iusticia
vr̄a Math. v. Hystoria huiꝰ euāg. fa-
cta est āno xp̄i. xxxi. ydꝰ iulij fer. v. lu-
na. xvi. inditiōe. iiij. Ante initiū illius
euāgelij scribit sctūs matheꝰ q̄ xp̄s
dixit discipl'is suis. Sic luceat lux ve-
stra corā hoībꝰ vt videāt opa vr̄a bo-
na ꝛ glorificēt patrē vestrū q̄ in celis
est. Nolite putare q̄m veni soluere le
gē aut ꝓphetas: nō veni soluere: sed
adimplere. Amen amen dico vob̄ do
nec trāseat celū ꝛ terra iota vnū: aut
vnꝰ apex n̄ p̄teribit a lege donec oīa
fiāt. Itē apex masculini generi' d̄r sū-
mitas a pedibꝰ r̄mota: ꝛ q̄nq̄ꝫ apex d̄r
lucerna: ꝛ ꝓpt'e dicunt̄ apices littere
ille alte q̄ in frontispiciis murorum
scribunt̄. Frōtispiciū d̄r frōtispaciuꝫ:
ꝛ q̄libet littera dicit̄ quandoq̄ꝫ apex.
Item scd̄m Augustinuꝫ super illud
Math. v. Iota vnū aut vnꝰ apex ꝛc.
Iota est minor de ceteris: apex est in
summitate ipsiꝰ p̄ticula. Tunc post
modū sequit̄ euāgeliū hodiernū [Ni
si abūdauerit iusticia vr̄a plusq̄ꝫ scri-
barū ꝛ phariseoꝝ: nō intrabitis in re-
gnū celoꝝ] Sciēdū q̄ iusticia scriba-
rū ꝛ phariseoꝝ erat falsa: qꝛ solum ca
uebāt sibi a malis opibꝰ: ꝛ nō a mal'
volūtatibꝰ: putātes p̄cepta dei ꝓhibi
tiua esse solū p̄ mala opa exteriora q̄
bus vnꝰ alteri nocet: ꝛ non ꝓhibitos
esse actus īteriores: scꝫ rācores: odia:
malas volūtates: ꝛ desideria nocendi
Ly. ꝛ eodē mō dicebāt de hoc p̄cepto
[nō occides] q̄ hoc ꝓhibetur occidē-
di factum ꝛ non occidēdi propositum.
Et hoc est quod christus dicit [Audi-
stis quia dictū ē antiq̄s. Nō occides]
scilicet hominem [Qui autem occi-
derit] actualiter et iniuste [reus erit
iudicio] Ly. id est testium accusatio-
ne: vt legis iudicio puniat̄: id est mor
te corporali: quia lex punit scd̄ꝫ talio-
nem. Unde Genesis. ix. Quicunq̄ꝫ ef-
fuderit humanū sanguinem fundet̄
sanguis eius. Item Exodi. xxi. Ocu
lū pro oculo: dentem pro dente [Ego
autē dico vobis] Gorra. id est plus im
pono vobis [omīs qui irascitur] mo-
tu interioris odij [fratri suo] scꝫ p̄so-
ne ꝛ non vicio: vt sic iam per vicium
non per zelū [reus erit iudicio] id est
dignus accusatōe apud deū [Qui au
teꝫ dixerit fratri suo racha] Secūduꝫ
Augustinuꝫ Hieronymum et Criso-
stomū Racha est q̄dam vox prorum-
pens ex ira: significans paruipēsionē
vel vilipensionem: vel etiā vox inter
iectiua que oritur ex indignatiōe cō-
tra aliquē: quemadmoduꝫ ach: heu:
ꝛ cōsimiles: que ostendunt motuꝫ in-
dignantis animi [reus erit cōsilio] id
est cōsensu iudicū esse dādā sentētiaꝫ
contra eum: et dictandam sibi penaꝫ:
quia peccatum eius venit in noticiaꝫ
hominum per exterius signum indi
gnantis animi [Qui auteꝫ dixerit fa
tue] id est qui vsq̄ꝫ ad verba cōtumе-

liosa pcesserit [reus erit gehenne ignis] q̄ est certa dānatio et etna [Si offers munus tuuz ad altare] id est si offerre pponis munus boni operis christo [⁊ ibi recordatus fueris qꝛ frater tu⁹] scʒ quē lesisti [habet aliqd aduersuz te] pro illata iniuria: [relique ibi munus tuū ante altare] siue coraz deo. Nō dicit reporta: qꝛ deus nō munus repellit: sed charitatē primi querit [⁊ vade pri⁹ recōciliari fratri tuo] Lyr. hoc pōt ītelligi dupliciter. Uno modo pedib⁹ corporis: ⁊ hoc debet fieri si cōmode possit haberi ipsius fratris offensi p̄sentia. Si autē nō possit: sufficit ad cū ire pedib⁹ mētis: quod fit qn̄ habet ppositū satisfaciendi loco ⁊ tempore cōpetenti: ⁊ hoc mōvit ecclesia romana quando eū cōfitentē absoluit: et sibi satisfactionez leso fiendam imponit [recōciliari fratri tuo] Horra. si leseris satisfaciēdo vel veniā petendo. si oderis rācorē deponendo si te oderit ad amicitiā reuocādo. Un̄ etiam Crisostom⁹. Si cogitatu offendisti cogitatu r̄cōciliare: si verbis / verbis: si factis / fctis [⁊ tunc] post recōciliationem [veniēs offeres munus tuum] Gregori⁹. Mun⁹ nō accipit: nisi ante discordia ab animo repellatur.

Dominica septīa post octauas penthecostes euāgeliuz scd̄m Marcum. viij. ca.

In illo tempore. Cū turba plurima esset cum iesu nec haberent quod manducarent: cōuocatis discipulis ait. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent: et si dimisero eos ieiunos ī domum suam deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderūt ei discipuli sui. Unde istos poterit hic quis saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: quot panes habetis? Qui dixerunt: septez Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiēs septem panes gratias agēs fregit ⁊ dabat discipulis suis vt apponerent et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit ⁊ iussit apponi: ⁊ mā ducauerunt ⁊ saturati sunt: et sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autē qui mā ducauerant quasi quattuor milia et dimisit eos.

Postilla.

Cum turba plurima eēt cū iesu ⁊c. Marci. viij. Mathei. xv. Luc. ix. Johānis. vi. Hystoria hui⁹ euāgelij facta ē anno xp̄i. xxxij. xij. kal. iulij sabbato. luna. xiij. inditōe. v. Ante initiuz illi⁹ euāgelij scribit Mathei. xv. qꝫ accesserūt ad iesuz turbe multe habentes secuz multos claudos: cecos: debiles: et alios īfirmos mltos: ⁊ piecerūt eos ad pedes eius: ⁊ curauit eos: ita vt turbe mirarent. Uidentes aūt mutos loqntes: claudos ambulātes: ⁊ cecos vidētes: magnificabāt deū israel. Ergo dicit euāgeliū hodiernū [Cū turba plurima esset cū iesu: nec haberēt qd̄ māducarent] Hec turba sequebat dn̄m iesum pp̄ter verboruz suoꝝ dulcedinē: ⁊ propter īfirmoꝝ sanationem [cōuocatisqꝫ discipulis ait. Misereor super turbam] Lyra. hec predixit discipulis: vt ip̄os induceret ad pietatem [qꝛ iam triduo sustinent me] Lyra. quia tantum afficiebātur ad doctrinam christi audiendam: ⁊ vl

dendum eius mircacula: quia ꝑ tres dies non redierãt ad loca ꝓpria manentes cuꝫ xp̄o in loco deserto ⁊ sub diuo. Ex quo pꝫ eoꝝ deuotio [nec habent quod mãducent] Ly. qꝛ cibaria q̄ de domib⁹ suis asportabant iã erãt consumpta: idõ nec prima die nec sc̄da die hoc miraculũ fecit: tum qꝛ alimẽta habebant: tum qꝛ magis tunc apparuit hoc miraculũ qñ eis vict⁹ omnino defuit [et si dimisero eos ieiunos in domũ suã deficiẽt in via: q̄dã enĩ ex eis de longe venerunt] Jacobus. Illi de lõge veniunt qui de peccatis se ad deum cõuertũt. Unde psalmo. cxviij. Lõge a peccatorib⁹ salus ⁊c. [Et rñderũt ei discipuli sui. Unde istos poterit hic quis saturare panibus in solitudine]. q. d. loc⁹ iste desertus est: et ville multum distant: ideo nõ possumus habere ad satiandum tantã multitudinẽ popl'i et tam famelicum [Et iterrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerũt: septẽ] qđ erat quasi nihil respectu tante multitudinis. Remigius. Non interrogat domin⁹ quasi nesciẽs quot panes haberent: sed ad hoc vt cum responderent septẽ quo pauciores dicerẽt panes eo magis miraculuꝫ diuulgaret̄ et notius fieret [Et precepit turbe discumbere suꝑ terrã: et accipiẽs septẽ panes gratias agẽs fregit] Multiplicauit autem xp̄s panes primo benedicẽdo per quod instruimur ꝙ cibũ benedicere debemus. Secundo frãgendo: ad innuendum ꝙ in nostris conuiuijs pauperibus panem frãgere debemus. Tertio gratias agendo ad innuendum ꝙ in nostris refectionibus gratias agere debemus. Unđ Remigius super Matheuꝫ. In eo ꝙ gratias agit nobis relinquit exẽpluꝫ vt de omnib⁹ donis celitus collatis gratias referamus [et dabat discipulis suis vt apponerẽt et apposuerũt turbe] Unde Beda. ꝙ dñs discipulis dedit panes vt apponerent turbe designat ꝙ spũalis sciẽtie dona tribuit apostolis: et per eoruꝫ ministeriũ voluit ecclesie vite cibaria distribui [Et habebant paucos pisciculos: quos similiter benedixit: ⁊ iussit apponi] Ubi notandũ ꝙ dñs dedit eis panes: ⁊ panis est cibus quo sustentat̄ vita: et significat verbũ dei. Et dedit eis pisces ad cõdimentũ cibi per quos signant̄ exẽpla. Et ita dominus designauit ꝙ pani. i. verbo dei addendum est condimentuꝫ boni exempli. Magis enĩ suadent exẽpla q̄ verba [Et sustulerũt quod superauerat de fragmẽtis septem sportas] Jacobus. Uoluit autem christus vt colligerent fragmenta. Primo ꝓpter exempluꝫ. In hoc datur nobis exemplũ vt ea que nob̄ supersunt: vel etiã que nobis ieiunãdo subtrahim⁹ pauperib⁹ erogem⁹ Unde Augu. De tuo ieiunio fames pauperis satietur. Secũdo ꝓpter documẽtum: vt ex hoc ĩstruant̄ ꝙ illis qui sunt misericordes pauperib⁹ tẽporalia multiplicantur. Hoc patꝫ. iij. Regum. xviij. in vidua que helyã pauit: cui dñs farinam multiplicauit et oleum [Erant autem qui manducauerant quasi quattuor milia] scꝫ viri exceptis mulieribus ⁊ paruulis qui in lege non numerabant̄ [et dimisit eos]. s. redire ad ꝓp̄a. Circa pñs euãgelium vbi dicitur. Accepit iesus septem panes: est diligenter notanduꝫ ꝙ hec refectio differt ab illa de q̄nqꝫ panibus ordeaceis ⁊ duobus piscib⁹ quam ponit Johannes in euangelio suo quantuꝫ ad sex. Primo qꝛ ibi fuerunt quinqꝫ panes: hic vero septem. Sc̄do qꝛ ibi fuerũt ordeacei: hic vero triticei. Tertio qꝛ ibi fuer̄t duo pisces solum: hic vero plures: licet pauci ⁊ parui. Quarto qꝛ ibi sederunt suꝑ fenũ: hic vero super terrã. Quinto qꝛ ibi fuerũt q̄nqꝫ milia hoim ad mãducanduꝫ: hic vero quattuor milia. Sexto quia de illis duodecim cophini fragmentorum fuerunt eleuati: hic autem septem sporte fuerunt eleuate plene.

¶ Dñica octaua p⁹ octauas pēthecostes euangeliū scdm Matheum .vij.ca.

In illo tpe. dixit ies⁹ disciplis suis. Attēdite a falsis pphetis q̄ veniūt ad vos ī vestimētis ouiū: intrīsecus aūt sūt lupi rapaces. A fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Nunqd colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus. Sic oīs arbor bona fruct⁹ bonos facit: mala aūt fruct⁹ malos facit. Nō pōt arbor bona fruct⁹ malos facere: neq3 arbor mala fructus bonos facē. Oīs arbor q̄ non facit fructū bonū excidetur et in ignē mitteꝛ. Igitur ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Nō omīs q̄ dicit mihi dñe dñe ītrabit ī regnū celorū: s3 q̄ facit voluntatem patris mei q̄ in celis est ipse intrabit in regnū celorum.

¶ Postilla.

¶ Attēdite a falsis pphetis Math. vij. Lu. vi. Hystoria hui⁹ euā. facta ē anno xp̄i. xxxi. ij. yd⁹ iulij. fer. v. luna. xvi. inditione. iiij. Ante initiū p̄ntis euā. scribit scūs Matheus in eodē ca. q̄ xp̄us dixit discipulis suis. Omia quecūq3 vultis vt faciāt vobis hoīes ꝛ vos facite eis siłr: hec est eni lex et pphete. Intrate p angustā portam. q2 lata est porta ꝛ spaciosa via q̄ ducit ad pditionē ꝛ multi sunt qui intrant p illam: q̄ angusta porta ꝛ arta via q̄ ducit ad vitā: ꝛ pauci sunt q̄ inueniūt eā. Et postmodū stati sequiꝛ euāgeliū hodiernū [Attendite a falsis pphetis] In hoc euāgelio docet dn̄s fideles suos. Ubi diligenter cauere a falsis pphetis ꝛ peruersis xp̄ianis q̄ verbis confitenꝛ deum ꝛ factis negant. ergo dicit [Attendite]. i. diligenꝛ cauete [a falsis pphetis] Hoꝛ. i. deceptoribus: hereticis: ypocritis: et a falsis xp̄ianis: ꝛ huiusmodi. Et hoc ideo ne tales corrupta vita sua ꝛ malis moribus fideles alliciant ad mala ꝛ singulariter āmonet eos cauere sibi ab ypocritis dicēs [qui veniunt ad vos ī vestimētis ouiū] id ē sub simulatione exterioris sanctitatis [intrinsecus autē sunt lupi rapaces] q2 interius sunt pleni malo simulantes exteriorē sanctitatē ppter inanē gl'iam ꝛ mūdanā laudē: aut ppter tp̄alia aliqua cū alioꝝ dāno [a fructibus eoꝝ] id est operibus [cognoscetis eos] scꝫ finaliter; q2 ypocrite ꝛ heretici diu latere non pn̄t quin erumpant in aliq̄ signo per qđ se pbant: q2 sicut nunq̄ vel vix potest ignis abscōdi q̄ fumū non emittat: sic simulator vix pōt diu latere quī signo vel verbo vel opere seipsum ostēdat [Nunqd colligūt de spinis vuas]. i. opa iustitie [aut de tribulis ficus]. s. humilis conuersatōis ad deū [sic omīs arbor bona]. i. homo hn̄s bonā voluntatē [bonos fructus facit] Ly. quia talis vt sic semp facit opa bona. Un̄ origenes. Arbor bona est bonus homo habēs bonā voluntatem: radices sunt cogitationes: folia verba: fruct⁹ opera. Notandū q̄ hō bonus pōt bonā voluntatē deserere: et sic mala arbor fieri. Uerbigratia. Judas q̄diu in vocatione apostolica pmansit bona arbor fuit: ꝛ postmodū malū fructū ptulit qn̄ xp̄m tradidit. Magdalena ī p̄ntis mala arbor fuit qn̄ peccauit et postmodū bona arbor qn̄ penituit: ꝛ sic tūc bonū fructū ptulit [Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū excidetur] Hoꝛ. a consortio oīm bōꝛ: quod est grauissimū in dānatis supplicium [et in ignē mitteꝛ]. s. gehenne. Chriso. Due sūt pene: excidi: ꝛ ī ignē mitti [igitur ex fructibus eoꝝ cogno

fectis eos] scz in futuro: quis heretici et ypocrite et falsi xpiani in hoc seculo quamqz plene cognoscantur tamen pacto presenti seculo[ex fructib⁹].i.ex finalib⁹ eorum premijs et retributionib⁹ manifeste cognoscent quales fuerunt. [Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnuz celorum] semel dicit qui credit corde: bis qui etiam fidem confitetur ore: sed non opere: et talis non intrabit in regnum celorum [sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est] id est qui habet veram fidem xpi in corde et eandem confitetur ore: et cuz hoc operatur opera ad fidem pertinentia: et maxime qui seruat mandata dei. Talis dicit ter domine: et talis facit voluntatem dei et sic consequenter [ipse intrabit in regnuz celorum] vt patz Mat.xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. ¶ Circa presens euangelium vbi dicitur. Omnis arbor bona bonos fructus facit. Notandum quod Hugo de prato dicit quod opus virtutis dicitur bonum propter quinqz. Primo quia est a bono.s.deo. Hoc patz quia ipse est optimum et summum bonum: vt patz Isa.xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine Opera mala sunt a dyabolo instigante et a mala voluntate operantis: vt patz Joh.viij. Mendax est et pater eius. Secundo quia procedit de loco bono scz de celo: vt patz Jaco.i. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est etc. Item procedit de corde bono: vt patz Mat.xij. Bonus homo de thesauro bono cordis sui profert bonuz: malum autem opus de malo procedit: scz de regione demonum: de concupiscentia carnis: et de malicia mundi: vt patet i.Joh.v. Totus mundus in maligno positus est. Tertio quia facit hominem bonum. Nihil enim est quod facit hoiez bonum nisi opus virtutis: neqz dignitas: neqz diuitie: neqz scientia: neqz aliquid aliud. Unde Aristote.ij.ethi. Virtus est que habentem bonum facit: et opus eius laudabile reddit. Malum autem opus hoiez malum facit qui tamen naturaliter bonus est: vt patz Osee.ix. Facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerunt. Quarto bonum opus omnibus placet et sapit habentibus rectum et non infectum gustum Nam bonum est quod omnes homines appetunt Unde Boe.de conso.philosophie. Mentibus hominum naturaliter inserta est cupiditas verbi boni etc. Etiaz ipsis malis bonum opus videtur bonum: quamuis interdum propter corruptionem gustus non sapiat ipsis malis. Unde patz quod bonum opus deo et hominibus placet: vt patz Eccle.xlv. Dilectus deo et hominib⁹ moyses: quia scz bonus erat etc. Maluz autem quasi omnibus displicet ac etiam ipsis malis quando.s.ratione vtuntur et redeunt ad seipsos. Quinto quia ad locum bonum ducit scz ad celum qui est locus beatorum: vt patz Math.xxv. Uenite benedicti patris mei possidete etc. Mala autem opera ad malum locum ducunt: scz ad infernum: vt patet Lu.xvi. Mortuus est diues et sepultus est in inferno: vnde etiam Mat.xxv. Ite maledicti in ignem eternum etc.

¶ Dominica.ix. post octauas penthecostes euange. secundum lucam.xvi.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc Homo quidaz erat diues qui habebat villicum: et hic diffamat⁹ est apud illum quasi dissipasset bona illius: et vocauit euz et ait illi: quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tue. Jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam vt cum amotus fuero a villicatione recipiant me in do-

mos suas. Conuocatis itaq singulis debitorib⁹ dñi sui di cebat primo: q̄tuz debes do mino meo? ⁊ ille ait: cētū ca- dos olei. Dixitq illi: accipe cautionē tuā: ⁊ sede cito scri be q̄nquaginta. Deide alio dixit. Tu vero q̄tuz debes? Qui ait cētū choros tritici. Ait illi accipe litteras tuas ⁊ scribe octuaginta: ⁊ lauda uit dñs villicum iniq̄tatis q: prudēter fecisset: q: filij hui⁹ sc̄li prudētiores filijs lucis i generatiōe sua sunt. Et ego dico vobis facite vobis ami cos d̄ mām̄ona iniq̄tatis: vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabnacula.

¶ Postilla.

¶ Homo quidaz erat diues: Luc. xvi. Hystoria hui⁹ euāgelij fctā est anno xp̄i. xxxij. v. kal. octobris. dñi ca luna. xiij. inditione. v. Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit sctūs lucas de fi- lio p̄digo q̄ dissipauit oēm substanti- am suā viuēdo luxuriose: ⁊ postmod̄ cepit egere: ⁊ cupiebat implere vētrē suum de squilicis quas porci mandu cabāt: ⁊ nemo illi dabat. Qui surgēs venit ad patrez suū dicēs. Pater pec caui in celū ⁊ corā te: iam non sum di gn⁹ vocari fili⁹ tu⁹ Quo viso pat̄ cū gaudio suscepit cū: ⁊ fecit ↄuiuiū so- lēne dicēs. Hic fili⁹ me⁹ mortu⁹ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuētus ē. Hoc euā geliū legit̄ in quadragesima sabbato ante dñicam Oculi mei. Tunc post moduz sequitur euāgeliū hodiernū [Homo q̄dam] Ly. i. ip̄e de⁹ p̄ nobis humanatus [erat diues] q: ip̄i⁹ sunt celuz ⁊ terra: et omnia in eis cōtenta Unde p̄s. xxxiij. Dñi est terra ⁊ pleni tudo ei⁹: orbis terrar̄ ⁊ vniuersi q̄ ha bitant i eo [qui habebat villicū] Ly. .i. dispensatorez cui tradidit bona sua ad dispensandū: ⁊ sic q̄libet homo est villicus dei: eo q̄ deus cuilibet homi cōmittit gubernādas: ⁊ ad volūtatez dñi sui dispensandas triplices res sc; res tēporales: corp⁹ ⁊ aīam. ⁊ hoc est cōtra illos q̄ dicūt: ego suz dñs oium facultatū mear̄. vñ Amb. Bona ho- minis nō sunt q̄ secū ferre nō potest. [Hic diffamat⁹ est apud illū quasi dis sipassz bona illi⁹] qd̄ freq̄nter ↄtingit qñ q̄s male vtit̄ his q̄ ei a deo cōmis- sa sunt. s. expendēdo in sup̄bia: in cra pula: i luxuria: ⁊ sic de alijs. vel vires sui corporis i pctis ↄsumit [⁊ vocauit illū] Hor. vocat dñs quēlibet hominē inspirationib⁹ interi⁹: p̄dicationib⁹ exteri⁹: bñficijs: flagellis: ⁊ incutiēdo terrorem extremi iudicij. ⁊ timorem eterne dānatōis [Et ait illi: quid hoc audio de te]. q. d. est ne hoc verū: dissi pasti tēporalia: inq̄nasti corpus: ⁊ ani mam in peccatis tuis occidisti [redde rōnē villicatiōis tue] qd̄ erit in morte hois. Tunc eñi oportet hoiem redde re rationem de omnib⁹ sibi cōmissis vsq ad vltimū quadrantē [ait autem villic⁹ intra se: quid faciā] sic peccator intra se cogitare d;: quid faciā vt eter nā dānatōnē euadā [q: dñs meus au- fert a me villicationē]. i. dispensatio- nem oīm rer̄ mihi commissarum: q: tunc amplius nō erit tēpus merendi neq penitēdi [fodere nō valeo mēdi- care erubesco] Cōsiderāduz est q̄ in alia vita hō nō pōt bona operari qui b⁹ mereatur ⁊ iuuetur ad gloriā: nec potest mendicare. i. orando obtinere tunc veniā peccator̄ aut augmētum glorie: q: tēpus presentis vite cōpara tur estati. Alia vero vita. s. futura ē si milis hyemi: q: q̄ homo hic seminat ibi ⁊ metet [scio q̄d faciam: vt cū amo tus fuero a villicatiōe]. i. cū per mor tem subtractus fuero a presenti vita in qua pōt hō mereri vl̄ demereri [re cipiant me in domos suas]. i. per cor̄ suffragia ⁊ merita recipiant in vitā be

stam in regnū celoꝝ. q̄ domꝰ pauperꝝ est. vt ptz Math. v. Bti paupes spiritu: qm̄ ipoꝝ est regnū celoꝝ [Cōuocatis singulis] Hoꝛ. i. singulatiꝫ [debitorib⁹ dn̄i sui] singulatim alloq̄batur: vt quilibet reputaret sibi factū beneficiū speciale nesciēs ꝙ aliȷ etiā facta esset relaxatio. Secūdo ne indignaretur aliqs ipoꝝ: quia plus remitteret aliȷ ꝙ̄ sibi: nec relaxat totuꝫ vt magis lateret dn̄ꝫ suū [dicebat pꝛimo. Quātū debes dn̄o meo. At ille dixit centū cados olei] Beda cados grece est amphoꝛa latine cōtinēs tres vrnas [Dixit illi Accipe cautionē tuā] Hoꝛ. cautio est instrumētuꝫ qd̄ ad cautelā de contractu debiti ꝓpꝛia manu scriptū est: qd̄ alio noīe dicit̄ cirographum [ꝛ sede cito scribe quīquaginta] ꝛ sic dimidiā partem annalium reddituū ei dimisit [Deinde alio dixit. Tu quātū debes. Qui ait. centum choros tritici] Hoꝛ. Chor⁹ trigīta modiȷs impletur: ꝛ choꝛus est mēsura aridoꝛuꝫ: cadus liquidoꝛuꝫ [Ait illi. Accipe litteras tuas ꝛ sede ꝛ scribe octuaginta] Hoꝛ. ꝛ sic quintā partē debitoꝝ dimisit ei. Pꝛeciosius est autem oleum ꝙ̄ triticum sustentamētuꝫ: ideo ꝓponit debitoꝛē olei debitoꝛi tritici. [Laudauit autem dn̄s villicū iniq̄tatis]. i. villicū iniquū. Villicus fuit iniquus dupliciter iniq̄tate. Pꝛimo qꝛ bona dn̄i sui dissipauit. Scd̄o qꝛ de residuo furat⁹ est. Laudauit eū nō simpliciter sed secundū q̄d: qꝛ vt dicit glo. nō laudauit eū de fraude: sed de prudentia: qꝛ sibi prouidit in posterū [qꝛ filiȷ hui⁹ scl'i] Ly. i. hoīes tempoꝛalib⁹ intēti [prudentioꝛes] id est magis astuti ꝛ serui dī sunt in tempoꝛalib⁹ negociȷs agendis [ꝙ̄ filiȷ lucis]. i. ꝙ̄ homines spiritualib⁹ deputati sicut in negociȷs spiritualib⁹. ꝛ hoc videm⁹ ad sensum frequenter accidere. Cuius vna ratio ē coꝛruptio nature ꝓpter quā hō ꝓnioꝛ est ad maluꝫ ꝙ̄ ad bonum. Alia rō est qꝛ bona tēpoꝛalia sunt p̄ntia: et io foꝛtius mouent animuꝫ: qꝛ scd̄ꝫ Aristoteleꝫ. Pꝛesens obiectū mouet sensuꝫ [Et ego dico vobis] hic dn̄s parabolam istā adaptat ad nostrā eruditōnem ꝛ salutē: ꝛ ad elemosynarū largitionē [Facite vobis amicos]. i. pauperes ꝛ bonos hoīes ꝛ etiam sanctos āgelos [de māmona iniquitatis] Māmon est demon temptans de diuitiȷs male acquirendis. Dicunt̄ autē diuitie māmona iniquitatis: qꝛ frequenter ad iniq̄tatē inducūt: qꝛ faciūt hoīnē superbire: inebꝛiari: luxuriari: ludere ꝛc. Vn̄ Augu. Oīs diues aut est iniquus aut heres iniqui. Iteꝫ qꝛ raro sine pctō acquirunt̄. Vn̄ apostolus. Qui volunt diuites fieri incidūt in laqueos dyaboli. Itē qꝛ inequalit̄ possidentur ab hoībus: nam vnus in ipsis abundat: ꝛ alius parū aut nihil de ipsis habet [vt cū defeceritis] Ly. id est in via per moꝛteꝫ [recipiāt vos in eterna tabernacula]. i. per sua merita ꝛ suffragia impetrent apud deuꝫ vos finaliter recipi in vitaꝫ eternam. Unde circa pꝛesens euāgeliū vbi dr̄. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: notandū ꝙ quattuoꝛ modis possumus nobis facere amicos cum rebus tempoꝛalibus. Pꝛimo cū integre restituunt̄ heredibus ea que per rapinam vel per furtuꝫ male habita sunt. Et similiter petitur remissio de iniuria eis illata: differendo restitutionem. Secūdo cū ignoꝛatur cui restituatur: ꝛ tūc de cōsilio cōfessoꝛis paupꝛibus erogetur. Tertio cū aliqs cōtra istitutiōem eccl'ie lucratur: vt laboꝛādo diebus festiuis: vel aliter ita tamen ꝙ non tenetur ad restitutionē vt ē lucrū de iure meretricio: tūc eīm facienda ē medicina vnde facta sunt vulnera: ꝛ danda est de hoc elemosyna paupīb⁹. Quarto faciēdi sūt amici de diuitiȷs q̄ iniq̄ huant̄ cuꝫ nimia tenacitate. Pōt ei qs dānari eo ꝙ nō dat sua. vt ptz Mat. xxv. Discedite a me maledicti ī ignē eēnū Esuriui ꝛ n̄ d̄disti mihi mādūcare: vn̄ diues eplo dānat⁹ ē: qꝛ n̄ d̄dit sua: vt ptz Lu. xvi.

¶ Dñica decia post octauas
pēthecostes euangeliū scdm
Lucam. xix. ca.

IN illo tēpe Cū ap-
propinquasset iesus
hierl'm vidēs ciuita
tē fleuit sup illā dicēs. Quia
si cognouisses ꝛ tu. Et quidē
in hac die tua que ad pacē ti
bi: nūc aūt abscōdita sunt ab
oculis tuis: qꝛ venient dies
in te ꝛ circūdabunt te inimi-
ci tui vallo: ꝛ circūdabunt te
ꝛ coangustabūt te vndiqꝫ et
ad terrā ꝓsternēt ꝛ filios tu-
os q̄ in te sunt ꝛ nō relinquēt
in te lapidē sup lapidē eo ꝙ
nō cognoueris tēpus visita-
tionis tue. Et ingressus ī tē-
plū cepit eijcere vendentes
et emētes dicens illis. Scri-
ptū est quia domus mea do
mus orationis est: vos autē
fecistis illā spelūcā latronū:
ꝛ erat q̄tidie docēs in tēplo.

¶ Postilla.

¶ Cū apppropinquasset iesus
Luce. xix. Hystoria huiꝰ euāge. fctā ē
āno xp̄i. xxxiij. xiij. kal. april. dñica pal
maꝝ. luna. x. inditiōe. vi. Ante initiū
illiꝰ euangelij scribit sctūs Lucas in
eodē ca. ꝙ dñs iesus cū ī die palmaꝝ
appropinquaret ad descensum mōtis
oliueti: ceperūt turbe descēdentium
gaudentes laudare deū voce magna
sup oībus quas viderāt virtutibꝰ di-
cētes. Benedictꝰ q̄ venit rex in noīe
domini: pax ī celo ꝛ gloria in excelsis
Et quidam phariseoꝝ de turbis dixe
rūt ad illū. Magister increpa discipu
los tuos. Quibus ip̄e ait. Dico vob:
quia si hi tacuerīt lapides clamabūt

Tunc sequitur euāgeliū hodiernū.
Cū appropiquaret iesus hierusalē]
Ly. nō solū corpis gressu sꝫ etiā ꝯpas
sionis affectu[vidēs ciuitatē]scꝫ hie-
rusalē in qua diu viguerat cultus di-
uinꝰ[fleuit sup illā]Ly. scꝫ fletu com
passionis: tum ꝓpter mala culpe que
ibi multiplicata fuerāt. tum propter
mala pene que futura imminebant.
Notādū ꝙ xp̄s q̄ter fleuit. Primo in
natiuitate: vt ptꝫ Sapiē. vij. Primaꝫ
vocē similē omnibus emisi plorans
Vñ etiaꝫ canitur. Vagit infans inter
arta positus p̄sepia. Scdo ī lazari su-
scitatiōe. Tertio sup ciuitatē hierl'm
Quarto in sua passione: vt ptꝫ Heb.
v. Cū clamore valido ꝛ lachrymis et
auditus est[qꝛ si cognouisses]Hora.
scꝫ ruinā ꝛ subuersionē que tibi emi-
net[ꝛ tu]supple fleres [Et quidē in
hac die tua]scꝫ ꝓspera ī qua facis vo
lūtatem tuā[que ad pacem tibi] scilꝫ
modico tēpore duraturā: ꝛ ideo nunc
gaudes qꝛ imminentia nō vides[nūc
aūt abscōdita sunt ab oculis tuis] scꝫ
mala que futura sunt tibi[qꝛ veniēt
dies in te ꝛ circūdabūt te inimici tui]
Hoꝛ. ꝑncipes romani cū exercitu val
de forti[vallo]ad litterā: qꝛ tres ag-
geres dicūt romani fecisse circa hie-
rusalē capiendā [ꝛ coangustabunt te
vndiqꝫ]scꝫ concludēdo ꝛ ꝓhibendo in-
troitum ꝛ exitum: ꝛ introductionem
victualiū ꝛ armoꝝ: vñ Josephꝰ dicit
ꝙ p̄ angustia famis mlieres pueros
ꝓpos comederūt[ꝛ ad terrā ꝓsternēt
te] Capta ei ciuitate turres ꝛ muros
diruerūt: ꝛ cūcta edificia eiecerūt ad
terrā[ꝛ filios tuos qui ī te sunt] Ho.
.i. habitatores tuos aliq̄s occidēdo a-
liq̄s captiuādo[ꝛ nō relinquēt ī te la-
pidē sup lapidē].s. fundiꝰ euertēdo.
hºiā pꝫ ad oculū. qꝛ sepulchrū xp̄i qd
olim erat extra ciuitatē: iā est ī medio
ciuitatis[eo ꝙ nō cognoueris tēpus
visitatiōis tue]scꝫ quo creator oim ꝑ
incarnatiōis mysteriū ꝛ per predica-
tionis officiū te visitare dignatus est:
quē nō recepisti sed vsqꝫ ad mortē ꝑ

¶ Ascēdens iesus i naviculā ⁊c. Math. ix. Luc. v. Hoc signuȝ fecit dn̄s iesus āno eius tricesimoprimo. xij. kal. septēbris feria. v. luna. xxiiij. īditōne. iiij. Ante initium illius euāgelij scribit sctūs matheus q̄ xp̄o veniente in regionem gerasenoruȝ: occurrit ei homo habens multos spiritus immundos qui sepius compedibus ⁊ cathenis victus disrupit cathenas: ⁊ cōpedes cōminuit: ⁊ nemo potuit euȝ domare. Et semper nocte ac die in monumētis ⁊ montib⁹ erat clamans ⁊ occidēs se lapidibus. Uidens autem iesuȝ a longe occurrit ⁊ adorauit eū. Et īterrogabat eū Jesus. Qđ tibi nomē est. Et dixit ei. Legio mihi nomen est: q̄ꝛ multi sumus. Erat ibi circa mōteȝ grex porcoꝝ magnus pascens in agris: ⁊ dep̄cabant̄ eū spiritus dicentes. Si eijcis nos hīc mitte nos in porcos vt introeamus in eos. Et cōcessit eis Jesus statim. Et exeūtes spiritus imūdi: introierūt in porcos. Et magno impetu grex precipitatus est in mare ad duo milia porcorū ⁊ suffocati sunt in mari. Pastores aūt fugerūt ⁊ nūciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros. Et egressi sunt videre qđ esset facti. Et viderūt eū q̄ a demonio vexabat̄ sedentē vestitū ⁊ sane mētis Et rogabant Jesum vt transiret a finibus eoꝝ [Et ascendēs Jesus in nauiculam] Ly. vt per nauigiū de terra gerasenoꝝ rediret in galileā vnde illuc venerat [Et venit in ciuitatē suā] scȝ capharnaum que fuit metropolis galilee. ⁊ dr̄ ciuitas sua q̄ꝛ frequēter ibi habitabat. Et in p̄ncipio p̄dicationis sue mlta miracula ibi fecit: sicut ⁊ Bethleē fuit sua: q̄ꝛ in ea nasci elegit. Et etiā nazareth sua: q̄ꝛ in ea ānūciat⁹ est ⁊ nutrit⁹ fuit [Et ecce offerebāt ei palyticū] Modus aūt offerēdi describit̄ Mar. ij. q̄ꝛ nō potētes īrare ad xp̄i p̄ntiā ꝓpter turbā circūstātē de tecto dom⁹ submiserūt eū in lecto ⁊ hoc fuit magnū signū fidei ipsorū: ꝓpter qđ sequit̄ [Uidēs aūt iesus fidē illoꝝ] Ly. scȝ paralitici ⁊ offerētium [Ait paralitico. Cōfide fili: remittunt̄ tibi pctā tua] Ly. ad modū boni medici q̄ primo remouet cām morbi: ⁊ tūc postmodū intēdit curationi. Infirmitas aūt hec fuit inflicta paralitico ꝓpter pctm̄. Et ideo xp̄s p̄mo remouet causaȝ dicēs [Remittunt̄ tibi pctā tua] Ad maiorē p̄dictoꝝ intelligentiam sciendū q̄ infirmitas corporalis īfligit̄ alicui a deo mltis de causis. Primo propter ꝓbationē patiētie Sicut in Job ⁊ Thobia excecato. Vn̄ Thobie. ij. Hanc temptationē ideo ꝑmisit deus euenire illi vt posteris daretur exemplum patientie eius. Secundo propter humiliationem alicuius ne in superbiam eleuetur. Sicut in Paulo apostolo: vt ptȝ. ij. Corint. xij. ne magnitudo reuelationū extollat me: dat⁹ est mihi stimulus carnis mee āgelus sathane q̄ me colaphiset Tertio ad glřiam dei manifestandaȝ. Sicut ⁊ ceco nato dr̄ Joh. ix. Neq̄ h̄ peccauit neq̄ parētes eius. s. vt cec⁹ nasceret̄: sed vt manifestarent̄ opera dei in illo. Quarto īfligit̄ ꝓpter peccati cōmissi purgationē. Sicut ptȝ in maria sorore moysi murmurante cōtra moysen q̄ fuit facta ꝓpter hoc ad tēpus leprosa: ⁊ in paralitico isto de q̄ fit mētio in euāgelio hodierno. Quinto propter punitionem peccatorum: sic q̄ deus incipit peccatorem in hoc mundo punire: vt ineternuȝ puniat̄

vt ptz in anthiocho in veteri testamento: et etiã in herode i nouo testamẽto: quos ambos diuina vltio tali morbo pcussit: vt putrescerent et viscera de ipsis fluerẽt: qui morte mirabili mortui sunt: et in presenti incipit eorum infernus et durabit iperpetuũ. Hiere. xvij. Duplici cõtritione cõtere eos domine[Et ecce quidã de scribis].i. legisperitis [Dicebãt intra se].i. cogitabãt: quia verbis hoc exprimere nõ audebãt propter populum[hic blasphemat].i. quod dei est sibi vsurpat. Blasphemare est creature attribuere illud quod est proprium dei: dimittere aũt peccata soli deo cõuenit: pro hoc igitur quod xpo blasphemiam imponebãt quia peccata dimittebat patet quod negabant xpm esse deũ: dicẽtes ipsum esse purum hominẽ[et cũ vidisset iesus cogitatões eorum] supple iniquas quas habebãt contra eũ: imponebant sibi blasphemiam[dixit: vt quid cogitatis mala in cordibus vestris] et in hoc ostendit xps se esse deũ Unde Criso. Solus dei est cognoscere cogitatiões hoim[Quid ẽ facilius dicere. dimittuntur tibi peccata tua].i. solo verbo efficere vt dimittãtur tibi peccata tua[an dicere surge et ambula].i. in verbo efficere vt aliquis paraliticus surgat, sanus et ambulet[Ut autem sciatis vos] pharisei[quia filius hominis].i. virginis[hz potestatẽ dimittẽdi peccata in terra] Ly. vt deus nõ vt purus homo[tũc ait paralitico: surge tolle lectũ tuũ et vade in domũ tuam. qui statim surrexit] ad imperium iesu christi[et abijt in domũ suã] Lyr. in signum perfecte curationis[vidẽtes autem turbe].s. miraculum factum in paralitico[timuerũt] Ly. imponere blasphemiam[et glorificauerũt deum qui dedit potestatẽ talem].i. christum qui est virtus dei patris[hominibus].i. ad salutem hominũ. ¶ Unde circa presens euangeliũ vbi dicitur dimittuntur tibi peccata tua. Notandum quod hugo de prato dicit quod deus misericorditer recipit pctõres: de hoc habemus exẽplũ in multis. nam petrus cũ iuramẽto negauit christũ et postea fleuit: et xps misericorditer sibi indulsit: et in gradũ pristinũ eũ restituit. vt ptz Joh. xxi. Pasce oues meas. Item maria magdalena cum multis fornicata est et postea accessit cũ verecundia et magna contritione et fide ad xpm et saluata ẽ: vt ptz Lu. vij. Fides tua saluãte fecit. Itẽ paulus apostolus psecutus est ecclesiã dei et stephanũ iuuit lapidare: et postea dixit. Dñe quid me vis facere Act. ix. Et postmodum factus est doctor gentiũ et lumẽ ecclesie. Itẽ latro i cruce antea multa latrocinia et scelera cõmisit: et postea dixit. Memẽto mei dũ veneris in regnum tuũ. Lu. xxiij. Et plus ei dedit quam petiuit. Hodie inquit mecũ eris i paradiso. Charissimi imitemur istos et nõ simus sicut iudas qui de dei misericordia desperauit et laqueo se suspẽdit. Math. xxij. In quo deũ grauius offendit quam quod xpm triginta denarijs vẽdidit. Uñ de hoc dicitur in decre. Judas magis peccauit despãdo quam xpz tradẽdo. xxxij. q. iij. Sed nõ licet. Non etiã sicut cayn qui ait: maior est iniqtas mea quam vt veniam merear. Geñ. iiij. vñ Ber. Mẽtiris cayn: maior ẽ dei pietas quam quis iniqtas. Sequitur in euãgelio. Quidã de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Ubi notandũ quod tribus modis blasphematur deus. Primo dũ quid attribuitur deo vel imputatur ei quod sibi nõ conuenit: vt quod sit malus: iniustus: maledictus etc. Secundo cum quis remouet a deo quod ei conuenit: dicẽdo quod nõ sit omipotẽs: misericors: iustus: et cetera talia. Tertio cũ quis sibiipsi attribuit quod est propriũ dei scz pctã dimittere et curare: et isto tertio modo dicebãt isti quod xps blasphemabat: quia quod erat propriũ dei scz peccata dimittere sibi attribuebat dicẽs. Dimittũtur tibi peccata tua. Hec ille.

¶ Dñica. xx. post octauas pẽthecostes euãgeliũ scdm Matheum. xxij. capitulo.

In illo tpe. Loqbat iesus cuz discipulis suis i parabolis dicēs. Simile ē regnū celoruz homini regi q̄ fecit nuptias filio suo: et misit seruos suos vocare īuitatos ad nuptias ⁊ nolebant venire. Iterū misit alios suos dicens. Dicite īuitatis ecce prādiū meū parauj: thauri mei ⁊ altilia occisa sunt: ⁊ oīa pata venite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt ⁊ abierūt alius in villaz suā: alius vero ad negociationē suā. Reliqui vero tenuerunt seruos eius ⁊ cōtumelia affectos occiderūt. Rex autē cū audisset irat⁹ est: ⁊ missis exercitib⁹ suis pdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait suis suis. Nuptie quidē pate sunt sed qui inuitati erāt nō fuerūt digni Ite ergo ad exit⁹ viarū ⁊ q̄scūq; inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias cōgregauerūt omēs quos inuenerunt ⁊ bonos et malos: ⁊ implete sunt nuptie discūbētiū. Intrauit aūt rex vt videret discūbentes: ⁊ vidit ibi hoīez n̄ vestituz veste nuptiali: ⁊ ait illi. Amice: q̄mō huc itrasti nō hn̄s vestez nuptialez? at ille obmutuit. Tūc dixit rex mistris. Ligatis māib⁹ ⁊ pedib⁹ ei⁹: mittite eū i tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor dētiū Multi em̄ sunt vocati: pauci vo electi.

Postilla.

Simile factū est regnū celoꝝ ⁊c. Math. xxij. Luc. xiiij. Hanc hystoriā dixit dn̄s āno ei⁹. xxxiij. xi. kal. apriß. feria. iiij. luna. xij. inditōe. vi. Añ initiū illi⁹ euāge. scribit sanctus mathe⁹ in precedēti cap̄. q xp̄s dixit p̄ncipibus sacerdotum ⁊ senioribus iudeoꝝ. Quid vobis videtur. Homo q̄dam habebat duos filios: ⁊ accedens ad primū dixit. Fili vade hodie in vineam meam. Ille autem respondēs ait: nolo. Postea penitentia motus abijt. Accedens autem ad alterū dixit similiter. ⁊ ille respondens ait. Eo dn̄e: ⁊ non iuit. Quis ex illis duobus fecit volūtatem patris. Dicūt ei: primus. Dicit illis iesus. Amen dico vobis: q publicani ⁊ meretrices p̄cedēt vos in regno dei. Uenit em̄ ad vos iohannes in via iusticie ⁊ nō credidistis ei: ⁊ publicani ⁊ meretrices crediderūt ei: vos aūt videntes nec penitentiaz habuistis postea vt crederetis eis ⁊c. tunc postmodū sequitur euangeliuz hodiernū [Simile factum est regnū celoꝝ] Ly. id est status ecclesie militātis [homini regi q̄ fecit nuptias filio suo. Tūc em̄ de⁹ paß fecit nuptias filio suo quādo naturā humanā copulauit diuine in vno supposito. Que q̄dem nuptie celebrate sunt i vtero virginali: de quo xp̄s exijt tanq̄ spōsus pcedens de thalamo suo [⁊ misit seruos suos] Sor. i. pphetas p̄cedentes [vocare iuitatos] id ē iudeos [ad nuptias] id est ad fidem incarnationis xp̄i pmissam in patriarchis figurati ue in lege p̄dictaz: pphetis pnunciatam [⁊ nolebant venire] Ly. credēdo scripturis: q nolebāt vbis pphetaꝝ credere et obedire [Iterū misit alios seruos]. i. apl̄os: quos misit in omnē ciuitatem ⁊ locum quo ipse ventur⁹ erat vt habeß Luc. x. dicēs [Dicite inuitatis ecce prandiuz meum parauj] Lyr. videlicet sacramenta ecclesie et

doctrina fidei et sacre scptūre ex qb⁹
reficiť aīa: ⁊ potissime in sacramento
eucharistie in q̄ dať nobis caro xp̄i ī
cibū⁊ sanguis ei⁹ ī potū[thauri mei]
.i. patres veteris testamēti [⁊ altilia]
.i. patres noui testamēti pinguedine
charitatis saginati [occisa sunt: ⁊ oīa
parata] scʒ quicq̄d req̄riť ad salutem
hoīm locus: cibus: ⁊ vestes [venite ad
nuptias credendo: diligēdo: opando
[Illi aūt neglexerūt] q: nō timuerūt
dn̄m. Qui em̄ timet deū: nihil negli-
git. Vn̄ hic q̄ritur vtrū negligētia sit
pctm̄ mortale. Rn̄deo s̄m Tho. q̄ ne
gligētia si ꝓuenit ex quadā remissio
ne volūtatis vt nō ꝑcipiāt ea q̄ dicūt:
si omittant que sunt de necessitate sa
lutis: siue sit actus siue sit circunstan-
tia: erit pctm̄ mortale: vel si voluntas
sit intantū remissa vt totaliť a dei cha
ritate deficiat: talis etiā negligētia ē
pctm̄ mortale: ⁊ hoc p̄cipue quādo se
quiť ex cōtemptu: omissio vero circa
ea que nō sunt de necessitate salutis
ob defectū feruoris nō est mortale sʒ
veniale pctm̄ [⁊ abierūt alius in villā
suam] id est ad laborē ⁊ occupationeʒ
corꝑalem: circa terrenaꝝ reꝝ acq̄sitio
nē [alius ad negociationē suā] per ne
gociationeʒ intelligiť nimia occupa-
tio mētalis circa tēporalia impediēs
diuina [Reliqui vero tenuerūt suos
ei⁹: ꝯtumelia affectos occiderūt] scʒ
post ascēsionē xp̄i iudei flagellauerť
apl̄os oēs simľ: ⁊ postmodū stephanū
lapidauerūt Act. vij. Et iacobū frēm
iohānis occiderūt Act. xij. [Rex aūt
cū audisset iratus est: ⁊ missis exerciti
bus suis] Ly. scʒ exercituʒ romanoꝝ
sub p̄ncipib⁹ tyto ⁊ vespasiano: qui ex
diuina ordinatione venerūt cōtra hie
rusalem q̄dragesimoscd̄o anno post
xp̄i passiōeʒ [ꝑdidit homicidas illos]
q: in vltionē sanguis xp̄i ⁊ suoꝝ disci
puloꝝ ab exercitu romāoꝝ sunt truci
dati ⁊ captiuati de iudeis vsq: ad decies
cētū milia: vt dicit ioseph⁹ in libro de
iudaico bello [⁊ ciuitatē illoꝝ succen-
dit] q: tūc hierl'm succēsa ē ⁊ tēplū in

ea [Tunc ait rex suis suis] ⁊ seq̄cib⁹
eoꝝ ꝑ diuinā reuelationē [Nuptie q̄-
dē pate sunt] sacramētū incarnatōis
patū est: vt natiuitatis p̄dicatō passio
xp̄i ⁊ introit⁹ regni aptus ē ꝑ passio-
nē xp̄i q̄ ante clausus fuit [sed q̄ inui-
tati fuerāt] scʒ iudei [nō fuerť digni]
Ly. ꝓpter suā icredulitatē [Ite ergo
ad exit⁹ viaꝝ] .i. ad gētes q̄ nō erant
in via mādatoꝝ dei: ⁊ sine lege viuen
tes: ⁊ legē ignorātes. Ad illas em̄ gē-
tes iuerūt apostoli iudeis nolētib⁹ fi-
dē xp̄ianā recipe: sicut habeť Act. xiij
dicentib⁹ paulo ⁊ barnaba ad iudeos
Vob oportebat p̄mo loqui vbū dei:
sed qm̄ repellitis illō ⁊ indignos vos
iudicatis etne vite: ecce conuertimur
ad gentes: sic em̄ p̄cepit nobis deus
[⁊ quoscūq: inueneritis vocate ad nu
ptias] q: nullus volens fidē catholicā
recipe repellendus est [⁊ egressi sui
eius] scʒ de iudea [ī vias] .i. ī terras
gētiliū [ꝯgregauerūt oēs quoscunq:
inuenerūt bonos ⁊ malos] Lyr. q: in
eccl'ia militāte admixti sunt boni cū
malis [⁊ implete sunt nuptie discum
bentiū] Ly. q: fides catholica diffusa
est per orbē vniuersuʒ [Intrauit aūt
rex vt videret discūbentes] Ly. intrat
aūt xp̄s dupliciter. p̄rio sp̄aliter ī mor
te cuiuslibet hoīs. Scd̄o generaliter
intrabit in iudicio futuro discernēdo
merita ⁊ demerita cuiuslibet hoīs [⁊
vidit ibi hoīeʒ nō vestitū veste nuptia
li] .i. habentē fidē sine charitate. Naʒ
vestis nuptial' est charitas q̄ diuidit
inter filios regni ⁊ ꝑditionis: vt dicit
Aug. [⁊ ait illi: amice] Ly. vocať aūt
peccator amic⁹ ꝓpter naturā quā de⁹
creauit que bona est: ⁊ q̄ ad imaginē
dei facta est [quō huc itrasti] .i. sacra-
menta eccl'ie suscipiendo: fidē eccl'ie
cōfitendo [nō hn̄s vestē nuptialeʒ] .s.
charitatem ⁊ bōa opa. vn̄ hiero. Ve-
stis nuptialis sunt deceʒ p̄cepta q̄ in-
cluduntur in charitate dei ⁊ proximi
[At ille obmutuit] Lyr. quia ī extre
mo iudicio propria arguēte ꝯscīa hō
pctōr ꝯuiciť ⁊ mut⁹ efficiť [Tūc dixit

hec est glosa ... intrauit ... et ... quatuor ...

bi. Amice ascēde superi⁹: tūc erit tibi gloria corā simul di scūbētibus. qꝛ oīs q̄ se exal tat humiliabitur: ꝛ q̄ se humi liat exaltabitur.

¶ Postilla.

¶ Cū intraret iesus ī domū cuiusdaȝ. Luce. xiiij. Mat. xij. Hoc si gnū ꝛ hanc phariseoꝝ increpationeȝ fecit dn̄s iesus anno eius. xxxij. sabba to. v. nonas octobris luna. xiij. inditio ne. v. Ante initiū illius euāgelij scri bit sanctus lucas in p̄cedenti capitu lo ꝙ quidā dixit ad iesuȝ. Dn̄e si pau ci sunt q̄ saluant̄. Ipse aūt dixit ad il los. Cōtēdere intrare p angustā por tam: qꝛ multi dico vobis q̄rent intra re ꝛ nō poterūt. Cū aūt intrauerit pa terfamilias ꝛ clauserit ostiū: incipiet̄ foris stare ꝛ pulsare ad ostiū dicētes: dn̄e aperi nob. Et respōdens dicet vo bis: nescio vos vn̄ sitis. Tunc incipie tis dicere mādu cauim⁹ corā te ꝛ bibi mus: ꝛ in plateis nostris docuistis. et dicet vobis: nescio vos vn̄ sitis. disce dite a me oparij iniquitatis. ibi erit fletus ꝛ stridor dentiū. Et tūc postmo dū seqtur euangeliū hodiernū [Cuȝ intraret iesus in domū cuiusdā p̄ici pis phariseoꝝ] Hoꝛ. in domo p̄ncipis phariseoꝝ ꝛ alioꝝ aduersarioꝝ suoꝝ comedit xp̄s. ꝛ hoc ꝑpter eoꝝ edifica tionē: ꝛ ꝑpter ꝑfecte charitatis osten sionē q̄ est diligere inimicos: vt patet Lu. vi. Diligite inimicos vestros ꝛc. [sabbato mādu care panē] Hoꝛ. noīe panis vite necessaria designant̄. In trauit auteȝ ad comedendū nō fercu la voluptatis: sed paneȝ necessitatis. Ly. Iste princeps phariseoꝝ inuita uit xp̄m malitiose ꝛ nō ex deuotione vn̄ subdit̄ [ꝛ ipsi obseruabant eū] Ly. attendētes si inter epulas aliq̄d dice ret an faceret vnde eū possent accusa re [ꝛ ecce homo quidā ydropic⁹] Ly. ydropicus d̄r ab ydro q̄d est aqua: qꝛ ydropicus h̄ȝ aquā inter carnē ꝛ cutē ꝛ hoc ē ꝑpriū ydropici ꝙ quāto plus bibit tāto pl⁹ sitit [erat aū illū] Cirill⁹ dicit ꝙ ille nō petiuit a xp̄o sanari ti more phariseoꝝ ꝛ iudeoꝝ: sȝ solū se ost̄ debat vt xp̄s vidēs eū ei⁹ misereret̄ [ꝛ rn̄dēs xp̄s dixit ad legisperitos ꝛ pha riseos] Ly. non rn̄dit ipīs ad v̄ba: qꝛ q̄stio nō ꝑponebat̄: sȝ ad cogitatiōes eoꝝ rn̄dit. Vn̄ Beda. Per hoc ōn̄dit se eē veꝝ deū q̄ solus nouit corda ho minū [si lȝ sabbato curare] Hoꝛ. i. si lȝ opa pietatis ꝛ mīe facere sine sabbati volatōne: cuiusmōi op⁹ est infirmuȝ curare [at illi tacuerūt] Beda. Meri to tacēt q̄ cōtra dictuȝ quicq̄d dixerīt vidēt. Si eī lȝ sabbato curare: cur ip suȝ obseruāt: si nō lȝ cur pecora curāt [Ipe vo app̄hēsuȝ sanauit eū] Lyr. qꝛ p īpositionē manus ipm̄ curauit: ꝛ postmodū manum retraxit [ac dimi sit] scȝ abire corpalit̄ sanatū [ꝛ rn̄dēs ad illos dixit: cui⁹ vr̄m asin⁹ aut bos ī puteū cadet ꝛ nō ꝯtinuo extrahet il lū in die sabbati] Hoꝛ. q. d. si sabbatuȝ nō frāgitis subueniēdo pecorib⁹: q̄ to min⁹ frāgo ipm̄ subueniēdo hoī bus [ꝛ nō poterāt ad hec rn̄dere illi] Ly. tanq̄ cōfusi euidēti ratione. Sed notandū ꝙ magna fuit phariseorum malicia: qꝛ plus curabāt de aīalibus q̄ de hoīb⁹. Sic ꝛ multi plebani ꝛ pre lati maiorem curam habēt de rebus temporalibus q̄ de animabus. Vn de Criso. Cadit asina ꝛ est qui suble uet: perit anima ꝛ nō est q̄ recogitet. [Dicebant auteȝ ad inuitatos para bolaȝ istā] Ly. cōfutando eos de sup bia et ābitiōe indebita [intendēs quo modo p̄mos acubitus eligerēt] Hoꝛ. i. quomodo de primis acubitis obti nēdis laborarēt [cū inuitatus fueris ad nuptias] Cyrillus. ad nuptias ce lestes: de quibus dicitur apocali. xix. Beati qui ad cenam agni nuptiaruȝ vocati sunt [nō discumbas in primo loco] Ille in primo loco discumbit q̄ se in corde prefert alijs sicut pharise us qui dixit. Non sum sicut ceteri ho minum. Secundo dignitatem seu p̄

laturam indebite ambiendo sicut lu=
cifer. Unde Isa. xiiij. Ero similis al=
tissimo[ne forte honoratior te sit inui
tat⁹ ab eo:ꝛ veniẽs is q̃ te ꝛ illũ iuita
uit dicat tibi: da huic locũ ꝛ tunc inci
pias cũ rubore].i.cum ꝯfusione[ne=
uissimũ locũ tenere:sed cũ vocat⁹ fue
ris ad nuptias vade ꝛ recumbe in no
uissimo loco].s. minorẽ te aliȷs repu=
tãdo:sicut apostol⁹ fecit q̃ dixit. Ego
sum minim⁹ apostoloꝝ[vt cũ venerit
q̃ te inuitauit dicat tibi. Amice ascen
de superius]scꝫ in presenti ꝑ gratiaꝫ:
ꝛ in futuro ꝑ gloriaꝫ[ꝛ tunc erit tibi
gloria coraꝫ simul discumbentib⁹]id
est in eadẽ beatitudine quiescẽtibus
[quia omnis qui se exaltat].s.suꝑbiẽ
do[humiliabit]necessario hic vel in
futuro. Unde Prouer.xx. Superbũ
sequitur humilitas[ꝛ qui se humili=
at]volũtarie ex corde[exaltabit] Hic
vel in futuro:sicut ostendit btũs Gre
go.quadruplici exẽplo dicẽs. Pupil
la oculi quanto est nigrior tanto luci
dior.candela quanto magis inclinat
tãto maiori luce ꝑfundit. Arbor quã
to ꝓfundius radicat tãto altius cre=
scit. Aqua quãto magis descẽdit de=
orsum tãto magis ascẽdit sursuꝫ. Sic
homo quãto magis vilescit sibi ꝛ in
clinatur ꝑ humilitatem tanto magis
lumine gratie et glĩe replet. Et quã
to magis descendit humiliando se tã
to magis ascẽdit ad deũ. ¶ Unde cir=
ca presens euangeliuꝫ vbi dr̃. Et ipsi
obseruabant eũ. q̃ritur an hic xp̃s de
buit tenere vitã solitariã aut socialẽ
Rñdeo q̃ ꝯsiderato fine ad quẽ vene
rat:tunc magis decuit eũ tenere vitã
socialẽ q̃ solitariã. Uenerat em̃ p̃mo
ad ostendẽdũ se veꝝ deũ ꝛ hoĩem: qḋ
oportebat operibus approbare: ꝛ sic
vitã socialẽ tenere. Secundo venerat
ad nos informandũ morib⁹ ꝛ exẽplis
que nõ potuisset solitarie semper stã=
do:quare decuit eũ vitã socialem te
nere. Tertio venerat ad liberãdũ nos
tam ab infirmitatib⁹ corporalibus q̃
spiritualibus.quare decuit eũ talẽ vi
tã tenere vt se domesticuꝫ hominib⁹
ostendendo attraheret ad bonũ ver=
bo:exemplo:ꝛ consideratione.ꝛ sic eũ
fecisse ostendunt euangeliste dicẽtes
q̃ ibat de ciuitate in ciuitatẽ: ꝛ in ca=
stella:ꝛ in villas: ꝛ de iudea in galile
am: ꝛ ecõuerso.ꝛ multũ laborabat ꝑ=
dicando:infirmos sanãdo:et miracu
la faciendo: vt daret posteris itellige
re se talem vitã elegisse que esset nob
magis vtilis ꝛ melior ꝛ vtilior ꝛ tutior
quia frater qui iuuat a fratre est vt
ciuitas munita ꝛ firma. ꝛ ve homini
soli:quia si ceciderit nõ habet suble=
uantem se.

¶ Dñica.xviij. post octauas penthecostes euãgeliũ secũdum Matheum.xxij.ca.

In illo tẽpore. Pha
risei audientes q̃ ie
sus silẽtiũ imposuis=
set saduceis:conuenerunt in
vnum. Et interrogauit eum
vnus ex eis legisdoctor tem
ptans eũ. Magister quod ẽ
mandatum magnuꝫ in lege?
Ait illi Jesus. Diliges dñm
deum tuũ ex toto corde tuo
ꝛ in tota anima tua ꝛ in tota
mente tua. hoc eniꝫ est maxi
mum ꝛ primum mandatum.
Secũduꝫ aũt simile est huic.
Diliges ꝓximũ tuũ sicut te=
ipsum. In his duobus man=
datis vniuersa lex pendet ꝛ
ꝓphete. Congregatis auteꝫ
phariseis iterrogauit eos ie
sus dicẽs. Quid vobis vide
tur de xp̃o cui⁹ filius est? Di
cunt ei. Dauid. Ait ill. Quõ
ergo dauid in spiritu vocat
euꝫ dominum dicens. Dixit

dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellum peduz tuorū. Si ergo dauid vocat eū dominuz: quomodo filius eius ē? Et nemo poterat ei respōdere verbū: nec ausus fuit q̄s q̄ ex illa die eū amplius interrogare.

¶ Postilla.

¶ Pharisei audiētes q̄ iesus &c. Math. xxij. Mar. xij. Lu. xx. Hanc disputationez cū phariseis fecit dn̄s iesus āno ei⁹. xxxiij. xi. kal. april. fer. iij. luna. xij. īditiōe. vi. Lyr. p̄ ītellectu illi⁹ euāgelij notāduz q̄ inter iudeos quidaz erāt q̄ vocabātur saducei: qui recipiebāt tantū q̄nq̄ libros moysi: ⁊ dicebāt aīam hōis esse mortalē ⁊ per ꝯsequēs negabāt resurrectōnē corporū. Et isti saducei accesserūt ad iesuz ⁊ īterrogauerūt eū dicētes. Numeri xxij. Moyses dixit. Si q̄s mortu⁹ fuerit nō habēs filium: ducat frater vxorem eius vt suscitet semē fratris sui. Erant autē apud nos septē fratres ⁊ primus vxore ducta defunct⁹ est: ⁊ nō habens semen reliquit vxorem fratri suo. Similiter secundus ⁊ tertius vsq̄ ad septimū. Nouissime autem oīz mulier defuncta est. In resurrectiōe ergo cui⁹ erit de septez vxor omēs eñ habuerūt eam. Scriptū est eñ Deuter. xxv. Quādo habitauerit fratres simul ⁊ vnus ex eis absq̄ liberis mortu⁹ fuerit vxor defuncti nō nubet alteri sed accipiet eam frater eius ⁊ suscitabit semē fratris sui. Et primogenitū ex ea filiū nomie eius appellabit vt nō deleat nomē eius ex israel. Cū autē noluerit accipere vxorez fratris sui q̄ ei lege debet: pget mlier ad portaz ciuitatis ⁊ interpellabit maiores natu: dicetq̄. Nō vult frater viri mei suscitare semē fratris sui ī israel: nec mei ꝯiugiū sumere. Statimq̄ accersiri eū facient ⁊ interrogabūt. si rn̄derit: nolo eā accipere in vxorē: accedat mulier ad eū coram seniorib⁹ ⁊ tollet calciamentū de pede eius: spuetq̄ ī faciē illius ⁊ dicet. Sic fiet homini q̄ nō edificat domū fratris sui: ⁊ vocabitur nomē illi⁹ in israel dom⁹ discalciati. Rn̄dens aūt iesus ait illis. Erratis nescientes scp̄turas neq̄ virtutez dei. In resurrectiōe eñ neq̄ nubēt. Ly. i. viri nō accipiēt vxores. neq̄ nubent. i. mulieres nō accipient a viris: s; sunt sicut angeli dei: sc; īcorruptibiles: immortales. Hor. ī hoc seculo morimur ergo nascimur. s; ī futura vita null⁹ morit: ḡ null⁹ nascit. ideo post resurrectionē gn̄alē hoīes nō nubent neq̄ nubent. Et audiētes turbe mirabantur ī doctrīa ei⁹: sc; q̄ ita prudēter respōderet. Tūc statim sequit euāgelium hodiernū [Pharisei aūt audientes q̄ iesus silentiū īposuisset saduceis] Lyr. Licet ei pharisei ꝯtrarij eēnt saduceis in opiniōe de aīe īmortalitate ⁊ de mortuo℞ resurrectōe: tū ꝯueniebāt cū eis in xp̄i ꝑsecutione. Et ideo audiētes q̄ silentium imposuisset eis [cōuenerūt in vnū] Ly. ad inuadēdū xp̄m: ⁊ venerīt ad ip̄m in magna multitudine ad magis eū terrēdum [⁊ interrogauit eum vnus ex eis legisdoctor] Ly. ideo vnus vt si cōfusus esset solus videretur confundi. si autem vinceret omnes viderentur per ip̄m vicisse: scd̄m quod dicit Criso. [tēptans eū] sc; capere in s̄mōe [Magister q̄d est mādatū magnū ī lege] vñ Criso. Magistrū vocat cui⁹ non vult esset discipulus [Ait illi iesus. Diliges dominū deū tuuz ex toto corde tuo] Isido. ex toto corde vt oēs cogitatiōes in deum reflectas [in tota aīa] vt oēs affectiones in deū cōuertas [⁊ in tota mēte tua] vt omnes quinq̄ sensus christo vacent. vnde Bern̄. Toto corde id est sapienter: tota aīa. i. dulciter. tota mente id est fortiter [hoc est maximum ⁊ primuz mādatū]. s. in dignitate q: charitas est maior ⁊ dignior omnī

bus virtutibus [Secundū aūt simile
est huic. Diliges ꝓximū tuū sicut te
ipm] Ly.i. in eandez beatitudinē ad
quā diligis te [In his enī duobꝰ mā
datis vniuersa lex pendet ⁊ ꝓphete]
Ly. qꝛ oīa precepta ordinant̄ ad dile=
ctionē dei ⁊ ꝓximi: quia tria precepta
ꝑme tabule ꝑtinent ad dilectionē dei
et precepta secunde tabule pertinēt
ad dilectionē ꝓximi. Vñ Criso. Non
pōt hoīez odire qui deum amat: nec
potest deum amare qui hominē odit
Magister in secundo dist. xix. Qui
deum diligit non pōt euz contemne
re quem deus precepit diligi: ⁊ ꝗ dili
git ꝓximū quid in eo diligit nisi deū?
igitur vera ⁊c [Congregatis aūt pha
riseis] Hor. s. ꝗ ad tēptandū venerāt. i
terrogauit eos iesꝰ dicēs. Quid vob
videtur de christo]. i. de messia i lege
ꝓmisso [cuius filius est. Dicunt ei da
uid] sicut dicitur in ps̄. cxxxi. De fru=
ctu ventris tui ponā super sedē tuaz
[Ait illis. Quomodo ergo dauid in
spiritu]. i. spiritusancto inspiratꝰ [vo
cat eum dn̄m dicēs] in ps̄. cix. [Dixit
dn̄s domimo meo]. i. filio suo [sede a
dextris meis]. i. in equalitate mea se
cundū quod deus. Vel in potioribus
bonis pre omnibus creaturis [donec
ponam inimicos tuos: scabellū pedū
tuorum] Ly. istud complebitur in iu=
dicio qn̄ omnia perfecte subÿcientur
iesu christo [Si autē dauid vocat eū
dn̄m suū: quomodo filiꝰ eiꝰ est] Hor.
Est enim christus filius dauid: ⁊ etiā
dominus dauid. Filius dauid fuit se
cundum carnē: ⁊ dn̄s dauid scd̄m dei
tatē. ⁊ sic restat ꝙ xp̄us est deus ⁊ hō
[et nemo potuit ei respondere xbū]
Non immerito cum seruo xp̄i scilicz
sancto stephano disputantibꝰ iudeis
⁊ phariseis non poterāt resistere: nec
ꝯtradi cere spiritui ꝗ in eo loq̄batur
Multominus xp̄o qui est fons sapiē
tie et gratie [nec ausus fuit quisꝗ ex
illa die eū āplius interrogare] ꝓpter
timorē similis confutatiōis. vñ Jere.
Confutati sermonibus vltra non in=
terrogant. Ex his ostenditur ꝙ non
ex desiderio discendi: sed ex malicia
temptandi eum interrogabāt. ¶ Cir
ca presens euangeliū vbi dicit̄. Dili=
ges ꝓximū tuum sicut teipsum. dicit
Hugo de prato ꝙ ordo charitatis est
vt deus super omīa diligatur. Secū
do anima ꝓpria. Tertio anima ꝓxi=
mi: et magis ꝙ̄ vita ꝓpria. Vnde hic
querit̄ vtrum mori pro salute ꝓximi
sit ď necessitate salutis. Rñdet Hugo
de prato ꝙ mori ꝑ ꝓximo est perfecte
charitatis que non requirit̄ de neces
sitate salutis: sz solū ē in viris ꝑfectis.
Hoc multi doctores tenēt. Vnde Hu
go. Non tenemur ita perfectā habe=
re charitatē sicut xp̄s habuit: nec cō=
silia que xp̄s obseruauit tenemur ob
seruare. Sz hoc ē maius et ꝑfectius
ꝙ vnus alteri posset facere: scz mori
pro ipso. Vnde Johan. xv. Maiorem
charitatem nemo hz ꝙ̄ vt animam
suam ponat quis pro amicis suis: vñ
Augusti. Perfecta ista charitas est
vt paratus sit quis mori pro fratribꝰ
suis.

¶ Dn̄ica. xix. pꝰ octauas pē
thecostes euangelium scd̄m
Matheum. ix. ca.

In illo tp̄e. Ascēdēs
iesus ī nauiculā trā
fretauit ⁊ venit in ci
uitatē suā. Et ecce offerebāt
ei paraliticū iacentē in lecto
Vidēs aūt iesus fidē illoruz
dixit paralitico. Confide fili
remittūtur tibi peccata tua
Et ecce quidā de scribis di=
xerunt intra se. Hic blasphe
mat. Et cum vidisset iesus
cogitationes eorum dixit e=
is. Ut quid cogitatis ma=
la in cordibꝰ vestris? Quid
est facilius dicere: dimit=

rex ministris] Ly. i. angelis executoribus diuine iustitie [ligatis manibus et pedibus] Ly. quia post mortem non potest peccator bonum operari: nec ad salutem reuerti [mittite eum in tenebras exteriores] Peccator in hac vita est in tenebris interioribus: quia adhuc est in spe venie: in inferno autem erit in tenebris exterioribus: quia erit extra ambitum diuine misericordie: et sine omni spe eterne glorie. vnde Beda. In inferno nulla est redemptio: nec dolorum mitigatio [ibi erit fletus] Sor. ex vehementia ardoris [et stridor dentium] ex vehementia frigoris: vt patet Job. xxiiii. Transibunt ab aquis niuium in calorem nimium [Multi enim sunt vocati] Ly. ad fidem catholicam [pauci vero electi] ad gloriam. ¶ Circa presens euangelium vbi dicitur. Simile est regnum celorum. Hugo de prato dicit. i. ecclesia presens: quia sicut deus habitat in celis per gratiam: ita habitat in presenti ecclesia in sacramento eucharistie: vt patet Math. xxviii. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Item sicut in celo sunt quedam corpora magis et minus clara: et vnum illuminat aliud: et quedam sunt illuminantes et quedam illuminati et quedam magis lucent et quedam minus: vt patet Daniel. xii. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: ecce minus lucentes. Et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. ecce magis lucentes. Sequitur Homini regi. xps enim est verus rex et potens rex in omnibus: et omnes reges excedit: quia regnat in celo: in mundo: et in inferno: vt patet ad Phil. ii. Donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestium: terrestrium: et infernorum. In celo enim regnat per totalem et vniuersalem beatorum subiectionem: quia ei omnes sancti et angeli ad nutum obediunt: et ei in omnibus subiiciuntur: quod etiam quotidie petimus in nobis fieri dicentes. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: vt patet Math. vi. Regnat in celo per sue glorie ostensionem et beatam visionem: quia ibi eius maiestas et gloria demonstratur. Unde in ps. Ostende nobis faciem tuam et salui erimus. Unde Fulgentius Dei faciem si omnes in carcere inferni inclusi viderent: nullam penam: nullum dolorem: nullam tristitiamque sentirent. Item rex noster iesus xps regnat in mundo per patientiam et misericordiam. Nam in magna patientia et misericordia regnat super peccatores. Patienter enim expectat eos vt conuertantur: et misericorditer recipit eos si conuertantur: vt patet Isa. xxx. Propterea expectat dominus vt misereatur nostri. Unde etiam Hiere. iii. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me et ego suscipiam te. Sed multi miseri peccatores penitentiam et misericordiam eius contemnunt: et eo ipso magis peccant. vnde Eccl. viii. Quia non cito profertur contra malos sententia: filii hominum absque vllo timore perpetrant mala. Item super iustos regnat in magnificis gratiis spiritualiter habitans in eis: et ipsos diriges et proteges et gubernans. Ipsi enim sunt templum dei spirituale et spiritussanctus in eis. vt dicitur. i. Corinth. iii. Templum sanctum est quod vos estis. Ipsi etiam sunt regnum dei qui pro honore dei et propria salute quotidie certant contra dyabolum: mundum et propriam carnem: et de illis hostibus triumphant. Unde Math. xi. Regnum celorum vim patitur et violentiam .i. cum violentia preliantes rapiunt illud. Item in inferno regnat per iustitie executionem: quia effectum iustitie. s. punitionem et vindictam in damnatos ibi exercet: vt patet Deut. xxxiiii. Reddam vltionem hostibus. Unde ex hoc sequitur quod in inferno cognoscent impii xpm esse regem omnipotentem: qui hic noluerunt eum cognoscere regem misericordem. Sequitur hic. Ligatis manibus et pedibus. Ubi notandum quod peccator strictius ligatur quam animalia ligantur. Nam ligatur memoria ne recolat beneficia dei: ligatur voluntas ne desideret verba bona: ligatur cor ne penas inferni et mortem cogitet: et mala que incurrit in statu peccati manens: et simile est de omnibus potentiis anime interius et exterius: que omnes fortiter alligantur: et sicut peccator fuit ligatus

in culpa sic digne erit ligatus in pe-
na rc.

¶ Dñica.xxi. pᵒ octauas pē-
the. euãgeliũ scdm Johã.iiij

IN illo tpe. Erat qui-
dã regulᵒ cuiᵒ filiᵒ in-
firmabat capharna-
um. Hic cũ audisset qꝛ iesus
adueniret a iudea in galileã
abijt ad eũ ꝛ rogabat euz vt
descẽderet ꝛ sanaret filiũ eiᵒ
icipiebat eni mori. Dixit er-
go iesus ad eũ. Nisi signa et
pdigia videritis nõ creditis
Dixit ad eũ regulᵒ. Dñe de-
scẽde priusq̃ moriat filiᵒ meᵒ.
Dixit ei iesus vade filiᵒ tuᵒ
viuit. Credidit hõ sermoni
quẽ dixit ei iesus ꝛ ibat. Jaz
aũt eo descẽdẽte serui occur-
rerũt ei ꝛ nũciauert dicẽtes
qꝛ filius eius viueret. Inter-
rogabat autem horã ab eis
in qua melius habuerat ꝛ di-
xerũt ei qꝛ heri hora septia
reliqt euz febris. Cognouit
ergo pat quia illa hora erat
i qua dixit ei iesus: filiᵒ tuus
viuit: et credidit ipe ꝛ domᵒ
eius tota. ¶ Postilla

¶ Erat quidã regulᵒ cuiᵒ ꝛc.
Joh.iiij. Math.viij. Lu.vij. Miracu-
luz hoc fecit xp̄s ãno eiᵒ.xxxi.vi.kal.
nouẽbris.feria.ij.luna.xix.inditõe.v.
Añ initiũ illiᵒ euãg.scribit sanctus io-
hannes in eodẽ ca. quõ xp̄s seẽ s lo-
q̃batur mulieri et postmodũ exierũt
samaritani de ciuitate et rogauerũt
eum vt ibi maneret: ꝛ mansit ibi per
duos dies et multi ex samaritanoruz
ciuitate crediderunt in eũ di. qꝛ hic ẽ
vere saluator mũdi. Et pᵒ duos dies
exijt inde et abijt in galileã. Ipse enĩ
iesus testimoniũ phibuit qꝛ ppheta
in sua patria honorẽ nõ haberet. Cũ
ergo venisset in galileã acceperũt eũ
galilei cum oĩa vidissent que fecerat
hierosolimis in die festo. Venit ergo
iesus iterum in chana galilee vbi fe-
cit ex aqua vinum [Et q̃dam regulᵒ]
Ly.non accipit hic regulus p paruo
rege vt videtur nomen sonare: qꝛ ro-
mani volentes frangere iudeoꝛ su-
biam abstulerunt ab eis regiã digni-
tatem regnũ iudee i quattuor tetrar-
chias diuidẽtes: p̄cauere volẽtes eo-
rum rebellionẽ. Vñ p illo tpe nullus
rex erat i iudea. Dicit ergo iste regu-
lus quia erat officialis iperatoris de-
putatᵒ ad custodiã galilee: pp̄ter qḋ
manebat in capharnaũ q̃ erat metro-
polis illius terre et distat tribᵒ dietis
a hierusalem. Notandũ q̧ sicut dicit
Tho. iste regulᵒ interfuit miraculo
facto in nuptijs qñ xp̄us aquã i vinũ
mutauit: qꝛ tunc credidit: sed tñ xp̄i
diuinitatẽ non pfecte agnouit: et ad
hoc innuendũ euãgelista illud mira-
culũ rememorat di. venit iteꝝ iesus i
chana galilee vbi vinũ ex aqua fecit
[et erat q̃dam regulᵒ cuius filius in-
firmabat capharnaũ] Ly. et licet eẽt
gentilis: visis ꝛ auditiꝫ miraculis xp̄i
sperauit ab eo sanitatẽ impetrare fi-
lio suo: iõ sequit [hic cũ audissꝫ] p fa-
mã q̃ p̄currebat aduẽtũ eiᵒ in oẽm re-
gionẽ galilee [qꝛ ih̄s veniret a iudea
in galileã: abijt ad eũ et rogabat eũ]
instanter et humiliter flexis genibᵒ:
cõplosis manibus: pfusis lachrimis
[vt descẽderet] qꝛ capharnaũ erat in
valle sita respectu chana galilee in
qua erat xp̄s [et sanaret filiũ eiᵒ: inci-
piebat eĩ mori]. i. signa vicine mortis
in eo appebant euidẽter [Dixit ergo
iesus ad eum: nisi signa et pdigia vi-
deritis non creditis] Non enĩ reph̄ẽ-
dit eum de petitione salutis filij sui:
sꝫ de defectu fidei: qꝛ non credidit ple-
ne sꝫ semiplene. Credidit enĩ in xp̄o

esse virtutē.s.ad sanandū filiū:sꝫ non credidit in eo esse diuinitatē ꝑ quaꝫ est vbiqꝫ ⁊ vbiqꝫ pōt sanare. Vñ fides fuit qñ petijt salutē: sed defect⁹ fidei qñ reqrebat pñtiam xp̄i corpalem:ex quo pꝫ ꝙ nō credidit xp̄m eē verꝫ deū qꝛ si credidissꝫ ꝙ de⁹ vbiqꝫ pñs essꝫ ꝑ pñtiā maiestatis sue nō dixisset descē de:sꝫ dixissꝫ cū cēturiōe. Dic vbo ⁊ sanabit puer meus. Dixit aūt ad eū regulus[Dñe descēde pusq̄ moriat filius meus] Tho. manifestat igit regulus hic incredulitatē suā:rogat ei vt descendat pusq̄ filius eius moriat quasi xp̄s posset sanare infirmū sꝫ nō suscitare defunctū. Lyr. verūtñ qꝛ ex deuotōe repetit petitionē suā dicēs: dñe descēde:tō exaudit a xp̄o. vñ seqt [Dixit ei iesus: vade]letus ī domuꝫ tuā[qꝛ filius tuus viuit] .i. ꝑfecte sanitati restitut⁹ ē de ianuis mortis qꝛ incipiebat mori. vñ Criso. xp̄s ad domū reguli ire noluit: sꝫ absēs sanauit filiū eius:vt ꝑ hoc magis declararet diuinitatē suā:et sic regulū illuīaret ad verā fidē[Credidit hō ₰moni quē dixit ei iesus et ibat] Ly. qꝛ fides reqrit ad obtinenduꝫ dei bñficia[Iā autem eo descendēte serui occurrerunt ei et nunciauerūt dicētes: qꝛ filius ei⁹ viueret].s.congaudēdo ipsi. Interrogauit autē horā ab eis in q̄ meli⁹ habuerat]hoc fecit ad certificationē miraculi respectu sui:et etiā vt sui ⁊ astā tes agnoscerēt vtutē xp̄i[⁊ dixerūt ei qꝛ heri hora septīa reliqt euꝫ febris] vñ Criso. Repēte dimisit eum febris totalit vt appareret nō eē naturalis cōualescentia. Ex hoc etiā famulos ipi⁹ reguli suscitauit ad fidē:qꝛ subito viderunt eum cōualuisse: qđ natura facere nō poterat[Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei iesus:filius tuus viuit]referēs verbum suum ad verbum xp̄i et horam imperātis ad horā recepte sanitatis [et credidit ipē et domus eius tota] Ly. ad hoc eni factum est illud miraculum vt iste regulus gentilis cū familia sua crederet in xp̄m. Tho. xp̄s non solum sanauit filium reguli ab infirmitate sua:sꝫ ipm reguluꝫ et totam eius familiaꝫ ab infidelitate: qꝛ credidit ipē et domus eius tota.

¶ Dñica .xxij. post octauas penthe. euāgeliū scd̄m Matheum. xviij. ca.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Silē est regnū celoꝝ homī regi q̄ voluit rōem ponere cū seruis suis. Et cū cepisset rōem ponere oblatus est ei vnus q̄ debebat deceꝫ milia talenta. Cū aūt nō haberet vñ redderet:iussit euꝫ dñs eius venūdari et vxorē ei⁹:⁊ filios:⁊ oīa q̄ habebat ⁊ reddi. Procidēs aūt seru⁹ ille rogabat eū dicēs Patiētiā habe ī me ⁊ oīa reddā tibi. Misertus autē dñs serui illius dimisit eū: ⁊ debitum dimisit ei. Egressus aūt seruus ille iuenit vnū de cōseruis suis q̄ debebat ei centuꝫ dnarios: ⁊ tenēs suffocabat eū dicēs. Redde qđ debes. Et ꝓcidēs cōseruus eius rogabat eū dicēs. Paciētiā habe ī me ⁊ oīa reddā tibi. Ille aūt noluit:sꝫ abijt et misit eū ī carcerē donec redderet debitū. Videtes aūt ꝯserui ei⁹ q̄ fiebāt ꝯtristati sunt valde ⁊ venerūt ⁊ narrauerūt dño suo oīa q̄ facta fuerāt. Tūc vocauit eū dñs su⁹:⁊ ait illi. Serue nequā oē debitū dimisi ti

bi: quoniã rogasti me. Non ne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui sicut ⁊ tui misert⁹ sũ? Et irat⁹ dñs ei⁹ tradidit eum tortorib⁹ quousq; redderet vniuersum debitũ Sic ⁊ pater meus celestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

¶ Postilla.

¶ Simile est regnũ celorum homini regi ⁊c. Mat. xviij. Hystoria hui⁹ euãgelij facta ẽ anno xpi. xxxij. vi. kal. septẽbris. luna. xij. feria. v. indictione. v. Ante initiũ illius euãg. dixit petrus ad iesum. Dñe quotiẽs peccabit in me frater me⁹ ⁊ dimittã ei: vsq; septies. Dixit illi iesus: nõ dico tibi vsq; septies: sz vsq; septuagesies septies [Idõ assimilatũ est regnũ celoꝝ] Ly. .i. status ecclie militãtis [hoi regi] .i. xpo qui est verus hõ et verus deus: rex regũ ⁊ dñs dñantiũ [q̃ voluit rõez ponere cum seruis suis] .i. rõez exigẽ de factis hũanis [Et cũ cepisset rõez ponere oblatus est ei vn⁹ q̃ debebat ei decẽ milia talenta] Ly. .i. obligatus ad magnã penã ꝓpt multa pctã [Cũ aũt non haberet vñ redderet] Hor. id est cũ virib⁹ suis satisfacere nõ valeret: hõ eni per se põt ruere: sed non ꝑ se resurgere [iussit eũ dñs venũdari] q̃tum ad aĩam [et vxorẽ] quantũ ad corpus [⁊ filios] quantũ ad opa [⁊ oĩa q̃ habebat] q̃tum ad tpalia [et reddi] Naz oĩa ista venundant: id ẽ ꝑ pctm̃ mortale auferunt [Procidẽs aũt seruus ille rogabat eũ dicẽs. Patientiã habe i me [dãdo locũ ⁊ tẽpus penitẽtie [et oĩa reddã tibi] ꝑ opa penitẽtie satisfaciẽdo iuxta posse. [Misert⁹ aũt dñs serui illi⁹] qz misericors et miserator dñs [dimisit eũ] Hor. liberũ a captiuitate culpe [et debitũ dimisit ei] Añ Criso. Uide miam dei petierat dilationẽ ⁊ accepit oĩz pctõꝝ remissionẽ [Egressus autẽ seruus ille] .s. a facie dñi sui ꝑ recidiuuz pcti [inuenit vnũ de conseruis suis] Ly. .i. de oĩbus qui sunt serui dei cũ ipo [q̃ debebat ei cẽtum denarios] .i. modicũ eũ offendebat: qz offensa in hominẽ modica est respectu offẽse cõmisse i deũ [⁊ tenẽs suffocabat eũ] Ly. .i. strangulabat [dicens: redde qd debes] Ly. ostenditur austeritas in repetẽdo vindictã a primo [et ꝓcidẽs cõseru⁹ ei⁹] Hor. ideo debuit misereri qz ꝓcidit: et qz seru⁹ eiusdẽ dei fuit [rogauit eũ dicẽs. Patientiã habe in me: et oĩa reddã tibi] Ly. q. d. paratus sum scđm possibilitatẽ meã satisfacere tibi [Ille aũt noluit: sz abijt ⁊ misit eũ i carcerẽ donec redderet debitũ] Ly. in quo notatur crudelitas i modo repetẽdi vindictã [Uidẽtes aũt cõserui ei⁹] Glo. iterli. id ẽ angeli qui referunt ad deũ gesta hoim: vt pz Apoc. xxij. Conseru⁹ tu⁹ et fratrũ tuoꝝ [q̃ fiebant] oĩa eni opa q̃ agim⁹ ⁊ supplicia que patimur vident [contristati sunt valde] Glo. ꝓpt afflictionẽ xpiani. Notandũ q̃ ãgeli contristant ad culpã ⁊ letant ad penitentiã: vt pz Luc. xv. Gaudiũ est angelis dei sup vno peccatore pniam ⁊c. [et venerunt ⁊ narrauerũt dño oĩa q̃ facta fuerant] .s. q̃rimoniã de ꝑsecutoribus ꝓponendo [Tũc vocauit euz dñs suus] Ly. ista vocatio fit i morte vbi de oĩbus reddem⁹ rõem [Serue nequã oẽ debitũ dimisi tibi] Ly. .i. magnã offensã i me cõmissã] qm̃ rogasti me [Nonne ergo oportuit et te misereri cõserui tui] ꝑua remittẽdo [sicut et ego tui misert⁹ sum. Et irat⁹ dñs eius tradidit eũ tortorib⁹] Ly. .i. demonibus qui in hoc executores sunt diuine iustitie [donec redderet vniuersum debitũ] Hor. .i. imꝑpetuuz: qz ibi non ẽ locus redemptionis vel satisfactionis: sz condẽnationis [Sic et pat meus celestis faciet vobis si nõ dimiseritis vnusq̃sq; fri suo] Añ Hiero. Formidolosa snĩa si ꝑua fri nõ dimittim⁹ magna nob a deo nõ dimittunt

vñ Sre. Cõstat ex iam dictis q̄ si hoc qđ in nos deliquit ex corde nõ dimit tim⁹: illud a nobis p pniaȝ dimissum fuisse non gaudeam⁹ [ex cordib⁹ ve stris] q2 nõ sufficit ore dimittere solũ: ſȝ 7 corde. vñ Hay. sup Mat. Nihil p dest ore dimittere q̄ seruat iracũdiaȝ in mente. ¶ Vñ circa pñs euã. vbi dr Miserť⁹ aũt dñs serui illi⁹ dimisit eũ et debitũ dimisit ei: querit vtruȝ de⁹ sit magis misericors q̄ iustus vel ecõ uerso. Rñdet q̄ deus sicut est miseri cors sic est iustus et ecõuerso: tñ mie effect⁹ pl⁹ in nobis relucet q̄ iustitie Et iõ q2 de⁹ pcit in se peccãtib⁹ 7 mia eius a pgenie i pgenies: 7 q2 effect⁹ mie magis relucet q̄ iustitie: iõ deus dr nob magl mĩscors q̄ iust⁹ 7c. Nec mirũ si deus mõ sit mĩscors. Hȝ enĩ triplex forũ: vnũ est in pñti vita toti⁹ mie: q2 modo mia audit causas et iu stitia facit ferias. vñ Isa. xvi. Prepa rabit in mia soliũ eius. Ideo oẽs cãs iustitie mittit ad thronuȝ grẽ. Vñ ad Heb. iiij. Adeam⁹ cũ fiducia ad thro num grẽ ei⁹ vt miam pseq̄mur. Aliđ forũ erit i iudicio extremo qđ erit pu re iustitie: vbi iustitia audit cãs 7 mia facit ferias: 7 iõ mia oẽs cãs deiceps remittit ad soliũ iustitie. vñ Isa. ix. Su per soliũ dauid 7 sup regnũ ei⁹ sede bit: vt confirmet illđ et corroboret in iudicio 7 in iustitia ãmodo et vsq3 in sempiternũ. Terciũ forũ erit i purga torio: qđ est foruȝ mixtũ: q2 ibi erit iu stitia q̄ penã infliget 7 mia q̄ gloriam dabit. Vñ ps. lxxxviij. Mia 7 veritas p̄cedent faciẽ tuã. Et ibi exñs dicere põt illud ps. c. Miam 7 iuditiũ canta bo tibi dñe. Et duo hec audiui: quia ptãs dei est: et tibi dñe mia: q2 tu red des vnicuiq3 iuxta opa sua 7c. Seq̄t: donec redderet vniuersũ debitũ. Ubi notãdũ q̄ dupl'r dñr pctã redire. Pri mo q̄ non redeãt q̄tũ ad maculã vel reatũ ſȝ q̄tum ad igratitudinẽ. Qui ei p⁹ acceptã reĩssionẽ ad pctm̃ vadit graui⁹ delinq̄t: q2 igrat⁹ tãto benefi cio existit: et ita igratitudo pctm̃ reci diuãtis aggrauat q̄ penã pctõꝝ p̄te ritoꝝ videt secũ reducere. Vñ dr i de cre. Iteratio cl'pe iducit aggrauatio nẽ pene. ij. q. viij. hi q̄. Scđo dñr redi re q̄tum ad penã substantialẽ. Sicut enĩ in celo ẽ vn⁹ denari⁹. i. vna btĩtu do substantial': lȝ vn⁹ magis altero p ticipet. Vñ de hoc dixit aplus. Sicut stella differt a stella i claritate 7c. Vñ etiã magister sen. li. iiij. di. xlix. dicit. Elect⁹ ab electo differt i claritate mẽ tis 7 corpis. Vñ etiã Joh. xiiij. In do mo pr̃is mei mãsiones mlt̃e sunt 7c. Sic in iferno est vna pena substãtia lis p modũ dãni. s. carẽtia visionis di uine: alia p modũ sensus. s. vermis et ignis: et vtraq3 pena debet pro quoli bet pctõ mortali: sc3 scđz pl⁹ vl' min⁹. Dicunt ergo pctã redire: q2 recidiuã ti eadẽ pena debet gñe q̄ pri⁹: licet sit maior: sicut dicit btũs Jacobus. ij. c. Qui i vno offendit fact⁹ ẽ oĩm reus.

¶ Dñica. xxiij. p⁹ octa. pẽth. euãge. scđm Math. xxij. ca.

In illo tpe. Abeũtes pharisei psiliũ inie rũt vt caperẽt iesuȝ in s'mone: 7 mittũt ei discipu los suos cũ herodianis dicẽ tes: mgr̃ scim⁹ q2 verax es 7 viã dei in v'itate doces: 7 nõ est tibi cura de aliq̄: nõ eñ re spicis psonã hoĩȝ. Dic ergo nobis q̄đ tibi videt lȝ censũ dare cesari an nõ? Cognita aũt iesus neq̄tia eorũ dixit. Quid me tẽptatis ypocrite? Oñdite mihi nũmisma cen sus: at illi obtulerũt ei dena riũ. Et ait ill' iesus. Cuius ẽ imago hec et superscriptio? Dicunt ei: cesaris. Tunc ait illis Reddite ergo q̄ sũt cesa

ris cesari: ⁊ que sunt dei deo

¶ Postilla.

¶ **Abeūtes pharisei inierūt**
consiliū. Math. xxij. Mar. xij. Lu. xx.
Hāc historiā dixit dn̄s āno eiꝰ. xxxiij.
xij. kal. april. feria. iij. luna. xij. iditio
ne. vi. Aū initiū illiꝰ euāgelij scribit
sctūs matheus in p̄cedēti capitulo q̄
xp̄s loq̄bat principibꝰ iudeoꝝ ⁊ pha
riseis parabolā istā dicēs. Hō pater=
familias plantauit vineā: et locauit
eam agricolis. Cum aūt tp̄s fructuū
appropiquasset misit seruos suos ad
agricolas vt acciperēt fructus eiꝰ: ⁊
agricole app̄hensis seruis eius aliuȝ
ceciderūt: aliū occiderūt: aliū vero la
pidauerūt. Nouissīe misit ad eos filiū
suū dicēs: verebunt forsitā filiū meū
Agricole xo app̄hensū eū eiecerunt
extra vineā ⁊ occiderūt. Et cū audissēt
p̄ncipes sacerdotū parabolā istam co
gnouerūt q: de ip̄is diceret. Et q̄ren
tes eū tenere timuerunt turbas: q: si
cut pphetā euȝ habebāt: et relicto eo
[Abeūtes pharisei] vn̄ Criso. ab ip̄o
xp̄o [cōsiliū inierunt vt caperēt iesuȝ
in sermone] Ly. q: nō poterāt euȝ ca=
pere ī malo ope: et q: faciliꝰ capit hō
in verbis q̄ in factis [et mittūt ei di=
scipulos suos] Ly. q̄si hoīes sibi inco
gnitos scd̄m estimationē eoꝝ: vt corā
ip̄is audaciꝰ loq̄ret laxaret linguam
ad aliq̄d dicēdū vn̄ posset capi ī xbis
[cum herodianis] Ly. isti herodiani
erant milites herodis q̄ interfecit io
hannē baptistā: et venerunt ad diē fe
stum in hierlm: q: ista q̄stio fuit fctā
feria tertia āte passionē xp̄i. Et de he
rode legit q̄ ip̄e erat pro tūc ī hierlȝ
ī die passionis xp̄i: q: venerat ī hierlȝ
ppter solēnitatē paschalē. Sic ergo
milites herodis missi fūt cū discipu=
lis phariseoꝝ: vt discipuli phariseoꝝ
possent eum capere in sermone: ⁊ mi
lites herodis statī caperēt eū vt puni
ret in corpe. Sic ergo pȝ q̄liter mali=
ciose agebant contra eū sibi adulādo
vt facilius iducerēt eum ad dicendū
aliq̄d contra ptātem cesaris [dicētes.
Magister scimꝰ q: verax es: ⁊ viā dei
in veritate doces] Ly. s. ī sana doctri=
na [et nō est tibi cura de aliquo: nō ei
respicis p̄sonā hoīȝ]. q. d. nō dimittis
timore cuiuscūq̄ȝ hoīs etiā impatoris
dicere veritatē [Dic ergo nobis: q̄d
tibi videt lȝ cēsum dare cesari an nō]
Beda ī omelia p̄ntis euāgelij: discus
sio erat in pplo iudeoꝝ. Aliq̄ dicebāt
illicituȝ ēē iudeis q̄ sibi recognosce=
rēt habere aliquē dn̄ȝ ī terris: sȝ solū
deū q̄ est ī celis: idcirco nō ēē licituȝ
dare cēsuȝ cesari: q̄ dāt decimas victi
mas et oblatiōes deo celi. Ecōtrario
āt alij asserebāt q̄ erat dare licitū tri
butū romanis: q: pro defensione p̄rie
et terre militabāt: ⁊ ab hostibꝰ ⁊ latro
nibꝰ defēdebāt: ⁊ pacē int hoīes con
seruabāt Hāc autē q̄stionē maliciose
pponebāt xp̄o. Cogitauerūt eī intra
se: aut rn̄debit p nobis aut pro cesa
re: aut oīno tacebit. Si rn̄debit p no
bis q̄ non debemꝰ soluere tributum
tunc īcurrit idignationē cesaris: ⁊ sta
tim milites herodis capiēt eū vt pu=
niat. Si rn̄debit p cesare q̄ debemꝰ
soluere tributū: tunc īcurrit idigna=
tionē ppli. Si oīno tacebit: tunc dice
mꝰ q: veritatē timet dicere ppter ti=
morē hoīȝ vel humanū [Cognita aūt
iesus neq̄tia eoꝝ dixit. Quid me tē
ptatis ypocrite] Ly. q. d. nō q̄ritis ve
ritatē adiscere: sed verbis me capere
[ostēdite mihi nummisma cēsus] idē
nummū q̄ dat p censu ānuo īpatori.
[At illi obtulerūt ei denariū] Ly. q:
iste nūmus q̄ debebat p ānuo censu
a quolibet capitaneo domus valebat
decē nummos vsuales et ideo voca=
bat denariꝰ ⁊ erat argenteꝰ [et ait illi
iesꝰ. Cuiꝰ ē imago hec ⁊ suprscriptio]
Ly. q: imago cesaris erat impssa ī il
lo: et nomē eiꝰ in circuitu [Dicūt ei
cesaris] Aū Hiero. Tyberij sub quo
passus est dn̄s [Tunc ait illis. Reddi
te q̄ sunt cesaris cesari] Gor. sicut tri
butuȝ et pecunias p quas confitemini
vos xe subiectos ēē illi [et q̄ sunt dei

deo]. i. decimas: primitias: oblationes atque victimas. sic fecit ipse xpus qui reddidit tributa cesari pro se et pro petro et deo reddidit que dei patris sunt: faciens voluntatem eius semper.

¶ Dominica. xxiiij. post octauas penthecostes euangelium secundum Matheum. ix. ca.

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit et adorabat eum dicens. domine filia mea modo defuncta est: sed veni impone manum tuam super eam et viuet. Et surgens iesus sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat autem intra se Si tetigero tantum vestimentum eius salua ero. At iesus conuersus et videns eam dixit. Confide filia: fides tua te saluam fecit. et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset iesus in domum principis et vidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat. Recedite non est enim mortua puella: sed dormit: et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba intrauit et tenuit manum eius: et dixit puella surge. Et surrexit puella: et exiuit fama hec in vniuersam terram.


¶ Postilla.

¶ Accesserūt discipuli ad iesuꝫ dicētes. Math. xviij. Mar. ix. Lu. ix. Hystoria huius euāgelij facta est anno xp̄i. xxxij. vi. kal. septēbris feria v. luna. xij. Ante initium illius euangelij scribit sctūs mathe⁹ in p̄cedēti ea. q̄ accesserūt qui didragmam accipiebant ad petrum ꝛ dixerunt. Magister vester non soluit didragmaꝫ: ait. Etiam. Et cum intrasset domum preuenit euꝫ iesus dicēs. Quid tibi videtur symon. Reges terre a quibus accipiūt tributuꝫ vel cēsum a filijs suis vel ab alienis. Et ille dixit ab alienis Dixit illi iesus ergo liberi sunt filij. Ut autē nō scandalizemus eos: vade ad mare ꝛ mitte hamū: ꝛ eū piscē qui p̄m⁹ ascēderit tolle: ꝛ aꝑto ore eius inuēies stacterē illū sumēs da eis ꝓ me ꝛ te. Et tunc sequitur euangeliuꝫ hodiernū [Accesserūt discipuli ad iesuꝫ dicentes. Quis putas maior est in regno celorū. Et aduocās iesus paruulum] Lyr. sanctū Marcialē: qui postea a beato Petro missus ĩ galileam: ibidem fidem catholicam predicauit [statuit eum in medio eoruꝫ] lyra. vt ab oībus videretur ꝛ attente consideraretur [ꝛ dixit Amē dico vobis: nisi ꝯuersi fueritis] lyr. a bellatiōe vestra: q꞉ Luc. ix. habetur: q̄ intrauit in eos cogitatio q̄s eoꝝ eēt maior. Ergo xp̄s dixit eis [nisi cōuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut paruuli] id est humiles et paruuli in vestra reputatiōe [nō intrabitis in regnū celorū] lyra. de quo demonia abiecta sunt ꝑ superbiā. Et idō oportet hoīes illuc venire ꝑ viam cōtrariā: scꝫ per humilitatē. Ergo subdit xp̄s [Quicunq̄ꝫ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: h̄ maior est ĩ regno celoꝝ] lyra. q. d. ille qui erit hic humilior erit maior ĩ regno celoꝝ: vt ptꝫ Luc. xiiij. Qui se humiliat exaltabitur [Et q̄ susceperit ꝑuulum vnuꝫ talem in noīe meo] Hor. id est ꝓpter meū amorē [me suscepit] lyra. Naꝫ q̄ recipit ꝓximū ꝓpter xp̄m dr̄ xp̄m recipere. Exemplū hui⁹ habemus in legēda sancti Martini vbi dr̄ q̄ xp̄s se vestitum ostendit illa parte clamidis quā beatus martin⁹ dederat pauꝑi ꝓpter xp̄m [Qui aūt scādalizauerit vnum de pusillis istis] lyra. scādalizare aliquē est facere eum ruere in peccatū mortale ex dicto vł facto suo malo: ꝛ hoc est proprie ĩferre ei nocumētum ex parte aīe: quod est cōtra caritateꝫ ꝓximi. Et ideo talis faciēs aliū sic ruere si facit hoc ex intentione siue aduertētia semper peccat mortaliter etiam si dictum vel factū ex quo ali⁹ ruit nō esset de gn̄e peccati mortalis; sicut dicens mendaciū iocosum mulieri intentiōe ꝓtrahendi eā ad adul-

teriū est pctm̄ mortale ex intentiōe fi
nis: q̄ dicit[Qui scādalizauerit vnū]
Gor. multomagis q̄ plures[de pusil
lis]id est infimis. Unde Hiero. qui
scandalizatur recte pusillus dicitur;
quia qui magnus est: id est robustus
in fide ⁊ charitate moueri nō potest:
vt patet Prouerb. xij. Non contrista
bit iustū quicquid ei acciderit[Qui
in me credunt]Gor. magis est vitan-
dum scandalum fideliū q̄ꝫ infideliuꝫ
[expedit ei vt suspendat mola asina-
ria in collo eius]Ly. euāgelista ibi lo
quit ad moduꝫ terre palestinoꝝ in q̄
cōdēnati ad mortē ligato saxo ad col-
lum ꝓcipitabant in mare. Sensus ē
ergo[expedit ei]lyr. id est melius eēt
homi mori corpaliter q̄ꝫ ex malo suo
exēplo facere aliū ruere in pctm̄ mor
tale: qꝛ ex hoc meret mortē eternam
que grauior ē morte corpali[Ue mū
do ab scandalis]id est mundanis hoi
bus qui nō curāt scandalizare ꝓximos:
vt ptꝫ. i. Corinth. viij. Si esca mea scā
dalizat ꝓximū meū non manducabo
carnes ineternū[Necesse est em̄ vt ve
niāt scādala]Lyr. nō est necessitas ab
soluta: sed ex suppositione. Si eni ho
mines volunt viuere mūdane id est i
omnibus volūtatem suam adimple-
re necessario sequitur ad hoc scanda-
lū aliorū: qꝛ nō formidāt ꝓximos scā
dalizare[Uerūtamē ve homini illi ꝑ
quē scandalū venit]scꝫ actiue ꝓximū
scandalizando[Si auteꝫ manus tua
vel pes tuus scandalizat te]lyra. i. ti-
bi esset occasio ruine ī peccatū per ta-
ctum inhonestū vel ꝑ gressuꝫ dissolu-
tum[abscide eum et proijce abs te.
Bonū est tibi ad vitā ingredi debileꝫ
vel clauduꝫ q̄ꝫ duas manus vel duos
pedes habentem mitti in igneꝫ eter-
nuꝫ. Et si oculus tuus scandalizat te
erue eū ⁊ ꝓijce abs te Bonuꝫ est tibi
vnū oculū habentē in vitā intrare q̄ꝫ
duos oculos habentē mitti in gehen
nā ignis]lyr. nō ꝙ aliqđ membrū sit
amputādū ad vitanduꝫ pctm̄: mēbra
em̄ corpis sunt a deo data. ⁊ ideo nō ē
in potestate alicui persone abscidi si-
bi membrū sicut nec ipsum occidere.
tum qꝛ per hoc non excluditur ɔcupi
scentia interior in qua viget pctm̄. tū
qꝛ per aliā viā pōt meliꝰ obuiare pec
cato ꝑ rationē scꝫ vt liberū arbitriuꝫ
cohibēdo mēbrū a peccati exercitio.
⁊ sic dr̄ manus abscindi inq̄tum ꝓhi
betur ab illicito tactu ⁊ pes prohibet
ab illicito gressu. oculus ab illicito vi
su. ⁊ ista abscisio ē meritoria ⁊ laudabi
lis: nō aūt illa q̄ esset per mēbroꝝ ꝓua
tionem[videte ne contēnatis vnū ex
his pusillis]lyra. qꝛ q̄ꝫtūcūqꝫ homo sit
paruus in hoc mūdo tn̄ hꝫ āgelū sibi
assignatū a deo ad sui custodiā. ⁊ iō si
homines minimi sic a deo honorant
multo fortius a nobis honorādi sunt
Ideo subdit xp̄s[Dico em̄ vobis: qꝛ
angeli eoꝝ]. s. assignati ipsis[sp̄ vidēt
faciē patris mei]Lyr. qꝛ q̄ꝫtūcūqꝫ mit
tantur ad temporaliū reꝝ administra
tionem tn̄ semper deo adherent per
apertā visionem[qui in celis est]Ly.
licet em̄ deus sit vbiqꝫ per essentiā pre
sentiam ⁊ potentiā: tn̄ specialiter dici
tur esse vbi adest cū beatis per aper-
tam visionem.

¶In festo sc̄ti luce euāgeli.

In illo tp̄e. Dixit ie
sus discip. suis. Hec
mādo vob̄ vt diliga
tis inuiceꝫ. Si mūdus vos o-
dit scitote qꝛ

Hoc euangelium cū sua postilla que-
re in cōmuni sanctoꝝ de apostolis.

¶In festo sanctoꝝ symonis
et Jude apostoloruꝫ ⁊c.

In illo tp̄e. Uidens
iesus turbas ascēdit i
mōtē: ⁊ cū sedissꝫ ac
cesserūt ad eū discipli eiꝰ ⁊c.

Hoc euangelium cū sua postilla que
re in communi sanctorum de marty-
ribus.

¶In festo oīm sanctoruꝫ.

In illo tp̄e. Uidens iesus turbas ascẽdit in mõtem ⁊c.
Hoc euangeliũ cũ sua postilla quere infra de pluribus martyribus.

In festo sancti Martini.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Sint lũbi vr̄i p̄cicti ⁊ lucerne ardentes in manib
Hoc euangeliũ cũ sua postilla q̄re infra in cõmuni sctõꝝ de virginibus.

In festo sancte katherine.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipl'is suis parabolã hãc. Simile est regnũ celoꝝ thesauro abscõdito in agro quem qui ⁊c.
Cetera de sanctis euangelia cũ ipoꝝ postilla: vide in cõmuni sctõꝝum.

Incipit postilla de ꝯmuni sctõꝝ. Et primo de apostol'.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est p̄ceptuꝫ meum vt diligatis inuiceꝫ sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet vt animã suã ponat quis ꝓ amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis que ego p̄cipio vobis. Jam nõ dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. vos autẽ dixi amicos: q2 omia quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Nõ vos me elegistis: sꝫ ego elegi vos ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus vester maneat. Et quodcũqꝫ petieritis patrẽ in noīe meo det vobis.

Postilla.

Hoc est preceptuꝫ meũ vt dili. ⁊c. Joh. xv. Hoc euãg. dicit dñs iesus ãno ei⁹. xxxiij. ix. kal. aplis. fer. v. cene dñi. luna. xiiij. inditõe. vi. Añ initiũ illi⁹ euãgelij scribit sctũs iohannes ĩ eo. ca. ꝙ xp̄s dixit discipul' suis. Ego suꝫ vitis v̾a ⁊ vos palmites. qui manet in me ⁊ ego ĩ eo hic fert fructũ multũ. q2 sine me nihil potestis facere. Tunc sequitur euãg. hoḋ. [Hoc ẽ p̄ceptũ meũ vt diligatis inuicẽ] Hoꝛ. nõ v̾bo vel lingua tm̄: sꝫ opere ⁊ veritate [sicut ego dilexi vos] ꝙ ipse ope dilexit eos: mõstrat cũ dicit [Maiorẽ hac dilectionẽ nemo hꝫ vt aiaꝫ suam ponat q̄s ꝓ amicis suis] Hoꝛ. q. d. nihil plus potest facere q̄̃ vitaꝫ dare q̄ omibus est charior. vt patꝫ Ephe. v. xp̄s dilexit nos ⁊ tradidit semetipsuꝫ ꝓ nobis. Itẽ. hier. xij. Reliqui domũ meam. dimisi hereditatem meã ĩ manus inimicoꝝ eius [Vos amici mei estis si feceritis q̄ ego p̄cipio vobis] Hoꝛ. ex amore vt amici. nõ ex timore vt serui [Jam nõ dicam vos seruos] Ly. timore seruili subiectos eẽ [quia seruus nescit q̄d faciat dñs eius] Ly. hoc videm⁹ in humanis Secreta enĩ reuelãtur filijs cuiusmodi erant apostoli qui christo erant subiecti amore filiali. Ideo subditur [Vos autem dixi amicos: quia om̄ia quecunqꝫ audiui a p̄re nota feci voƀ. hoc nõ est itelligẽdũ de oibus simpliciter ⁊ absolute: q2 apostoli nõ habuerũt tantã plenitudinẽ sciẽtie sicut xp̄s sed est itelligendũ de oibus ꝑtinentib⁹ ad eoꝛuꝫ statũ: sed que ꝑtinent ad coꝝ salutẽ ⁊ fidei ⁊ moꝝ p̄dicationeꝫ ⁊ ecclesie gubernatõnẽ [nõ vos me elegistis sꝫ ego elegi vos]. s. ad apl'atum [⁊ posui vos vt eatis] Tho. circũeundo ꝑ mũdũ [⁊ fructũ afferatis] per gentium cõuersionem [⁊ fructus vester maneat] Ly. quia fides ecclesie manebit vsqꝫ in fi-

nem mũdi quãtũcũq; tribulatõib⁹ i-
pellaẗ [Et quodcũq; petieritis p̃rem i
noĩe meo] Hor. qd̃ sit ad verã salutez
[det vobis] Tho. Nomẽ. n. ip̃ius ẽ ie
sus. i. saluator. Vñ in noĩe ei⁹ petit q̃
petit aliq̃d vt diriges ⁊ ꝓmouẽs ad sa
lutẽ vel ipsam salutẽ i se. vt p3 Mat.
vi. Primũ q̃rite regnũ dei ⁊c.

Aliud euangelium de apostolis. Joh. xv.

In illo tp̃e. Dixit ie
sus discipulis suis.
Hec mãdo vobis vt
diligatis iuicez. Si mundus
vos odit: scitote q2 me prio-
rẽ vobis odio habuit. Si de
mũdo fuissetis mũdus quod
suũ erat diligeret. q2 vero de
mũdo nõ estis: sed ego elegi
vos de mũdo ꝓpterea odit
vos mũdus. Memẽtote ser-
monis mei quẽ ego dixi vob
nõ ẽ seru⁹ maior dño suo. Si
me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑseq̃n-
tur: si sermonẽ meũ seruaue-
rint ⁊ vestrum seruabũt. S3
hec oĩa facient vobis ꝓpter
nomẽ meũ: q2 nesciũt eũ qui
me misit. Si nõ venissez ⁊ lo
cut⁹ nõ fuissem eis pctm̃ non
haberẽt. Nũc aũt excusatio
nẽ non hñt de pctõ suo. Qui
me odit ⁊ p̃rem meũ odit. Si
opa nõ fecissem i eis q̃ nemo
alius fecit peccatũ nõ habe-
rẽt. Nũc aũt ⁊ viderũt ⁊ ode
rũt: ⁊ me ⁊ patrez meũ. Sed
vt impleaẗ sermo q̃ i lege eo
rum scriptus est: q2 odio ha
buerũt me gratis.

Postilla.

Hec mãdo vobis vt diliga
tis inuicẽ ⁊c. Joh. xv. Hec verba sacri
euãge. locutus est dñs iesus anno ei⁹
xxxiij. ix. kal. aprilis. fer. v. s. cene dñi
luna. xiiij. inditione. vi. Ante initium
illius euangelij scribit sanctus iohã-
nes i eo. ca. q2 xp̃s dixit discipl'is suis
Ego elegi vos ⁊ posui vos vt eatis ⁊
fructũ afferatis. ⁊ fruct⁹ vester mane-
at. Tũc sequiẗ euangeliũ hodiernũ.
[Hec mando vobis vt diligatis inui-
cẽ] Tho. i. mutua dilectione. est eñ il
lud quod ego pre ceteris cõmẽdo ⁊ p̃-
cipio [Si mũdus vos odit] Ly. hic ac
cipitur si pro q2. q. d. q2 futurum est vt
mundus vos odiat [scitote] Ly. ad cõ
solationẽ vestrã [q2 me priorez vobis
odio habuit. Si de mundo fuissetis]
Tho. i. de numero hoĩm mundanoꝝ
⁊ amatoꝝ mundi [mũdus quod suuz
erat diligerz] Tho. i. amatores mũdi
vos tãq̃ sibi ꝯformes diligerẽt. simitu
do eñ et cõueniẽtia est cã amoris. Ec
cle. xiij. Oẽ aĩal diligit sibi simile [q2
vero de mũdo nõ estis]. i. rebus mun
di per amorẽ adherentes [s3 ego ele-
gi vos de mũdo ꝓpterea odit vos mũ
dus] Tho. i. mali homines vos odiũt
et persequentur velut contemptores
eoꝝ que ip̃i amant. Ly. dissimilitudo
eñ est causa odij. Apostoli autez dissi
miles erant hoĩbus mũdanis: ⁊ ideo
nõ debebant admirari si eos odio ha
buerũt [Memẽtote sermõis mei quẽ
ego dixi vobis. non est seruus maior
dño suo. Si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑ-
sequẽtur] Tho. si caput ꝑsecuti sunt
persequentur ⁊ membra. xp̃s autẽ est
caput apostolorum: ⁊ ideo exẽplo xp̃i
debebant patienter tolerare tribula-
tiones ꝑsequentium [Si sermonem
meum seruauerit ⁊ vestrũ seruabũt]
Tho. q. d. sicut cõtempserunt ⁊ nõ im
pleuerunt meos sermões sic etiaz nõ
implebunt vestros [sed hec omnia fa
cient vobis ꝓpter nomẽ meũ] Tho. i.
ꝓpter amorez nominis mei [quia ne
sciunt eum q̃ me misit] Ly. sc3 deuz
patrez licet cognoscerẽt deum inquã

tum est pꝛ oim p creationē non tñ co
gnouerunt eũ inq̃tuz misit filiũ suũ
ad salutē credentiũ. Ista tñ ignorãtia
nõ excusabat eos in psecutiõe xp̄i ⁊ a-
postoloꝝ. qꝛ pcedebat ex odio ⁊ inui-
dia. [Si non venissē] carnē assumēdo
[et locutꝰ eis fuissem] docēdo verbis
⁊ exēplis [pctm̄ non hērent] scȝ pctm̄
īfidelitatis [nũcq̄ aũt excusationē non
hñt de pctõ suo] tho. qꝛ veni ⁊ locutꝰ
sum eis veritatē [Qui me odit, ⁊ pa-
trē meũ odit] Tho. quoꝝ vna est ma-
iestas. vnꝰ honoꝛ. vnꝰ amoꝛ. ⁊ vnũ o-
diũ [Si opa non fecissez ī eis q̄ nemo
aliꝰ fecit] Tho. [vt ãbulare sup aq̃s
pascere q̄nq3 milia hoim̄ de quīq3 pa
nibus ⁊ duobus piscibꝰ. Joh. v. Sicr
pȝ in illuminatione ceci nati. Joh. ix
et in suscitatione lazari q̄driduani.
Jo. xi. pctm̄ nõ hērēt] Tho. tã grãde
[Nũc aũt viderũt] Tho. opa et mira
bilia q̄ opatus sũ in eis [et oderũt me
et patrē meũ] Lyr. qꝛ ex odio ad xp̄m
ipi opa xp̄i attribuerūt beelzebub pri-
cipi demonioꝝ. vt hꝛ Mat. xij [sed vt
impleat sermo qui ī lege eoꝝ scriptꝰ
est] pȝ in p̄s. xxxiiij. [Qꝛ odio habue
rūt me gratis]. i. sine cã imo econtra
rio habebant cãm amãdi eũ ex bene-
ficijs eis impensis in docēdo eos ⁊ sa
nando eoꝝ infirmos.

¶ Aliud euangeliũ de aplis
scdm Johannē. xv. ca.

In il. t. Dixit ihs di-
scipulis suis. Ego sũ
vitis vera et pater
meus agricola ē. oēm palmi
tez ī me nõ ferētē fructũ tol-
let euȝ: ⁊ oēm q̄ fert fructum
purgabit eũ vt fructũ plꝰ af
ferat. Jã vos mũdi estis pro
pter sermonē quē locutꝰ sum
vobis. Manete in me ⁊ ego
in vobis. Sicut palmes non
potest ferre fructum a semet
ipso nisi mãserit ī vite sic nec
vos nisi ī me mãseritis. Ego
sũ vitis ⁊ vos palmites Qui
manet ī me et ego ī eo h̄ fert
fructũ mltuȝ: qꝛ sine me nihil
potestis facere. Si q̄s in me
nõ mãserit mittetur foras si
cut palmes et arescet: ⁊ colli
gent eũ ⁊ in ignē mittēt: ⁊ ar
det. Si mãseritis ī me: ⁊ ver
ba mea ī vobis mãserint q̄d
cunq3 volueritis petetis ⁊ fi
et vobis.

¶ Postilla.

¶ Ego sũ vitis vera ⁊ pater
meus ⁊c. Joh. xv. Hoc sacrũ euange
liũ locutꝰ est dñs iesus ãno eiꝰ. xxxiij.
ix. kal. aprił. fer. v. cene dñi. luna. xiiij
inditione. vi. Añ initiũ illiꝰ euãgeliJ
scribit sanctꝰ iohãnes in p̄cedēti ca.
q̄ xp̄us dixit discipulis suis. Qui hȝ
mãdata mea et seruat ea: ille ē q̄ dili
git me. Qui aũt diligit me diligit a
p̄re meo. Tunc postmodũ seq̄tur euã
geliũ hod. [Ego sum vitis vera] Lyr.
Sicut eñ vitis materialꝛ hȝ lignũ vile
et despectũ et quasi inutile videt cuȝ
tñ fructꝰ optimos habeat: ita xp̄s in
humana natura videbat abiectꝰ vi-
lis et despectꝰ: ⁊ tñ per eius humani
tatē secutꝰ est fructus gl̃iosus. Vniꝰ
eñ nature sunt vitis et palmites. ⁊ iõ
xp̄s dr̄ vitis ratione humanitatis in
qua natura est fidelibus hoïbꝰ silis
[⁊ pater meus agricola est] Tho. si-
cut eñ agricola colit vineã vel agrũ
vt fructificet: sic deus aiam [oēm pal
mitē in me non ferentē fructũ] Lyr. i.
eos q̄ sola fide sunt adherentes xp̄o
sed non per charitatem opantem [tol
let eum] qꝛ talis infructuosus ⁊ ocio
sus homo abscindet p condēnatiõis
sententiã scȝ in morte: et mittetur in
ignē eternũ: vt pȝ Math. vij. Omis
arboꝛ q̄ nõ facit fructũ bonũ excidet
et in ignē mittet [et oēȝ q̄ fert fructũ

purgabit eũ] Ly. p mundi tribulatio nes q̄ sunt q̄dam medicine ⁊ purga- tiones[vt fructũ plꝰ afferat] Ly. sicut in vite materiali aliq̄ palmites etiaȝ fructuosi rescidunt̃ ne humoꝛ nimis dispergat̃: et sicut virtus vnita foꝛti ficat̃ et magis fructificat: sic p tribula tiones iocunditatẽ vite p̃ntis a fideli bus rescindẽtes coꝛda eoꝝ retrahũt̃ ab amoꝛe mũdialiũ: ⁊ sic in toto recol lecta ferventiꝰ ferunt̃ in deũ ⁊ faciũt maioꝛẽ fructũ bonoꝝ operũ [Iã vos mũdi estis ꝓpter sermonẽ quẽ locutꝰ suȝ vobis] Hoꝛ. Iste fuit sermo fidei q̄ purificat credẽtes: vt pȝ Act. xv. Fi de purgãs coꝛda coꝝ[Manete in me et ego ĩ vobis] Ly. p fidẽ ⁊ charitateȝ formatã p quã hõ est in deo ⁊ deus in hoĩe[Sicut palmes nõ põt ferre fru ctũ a semetipso nisi mãserit in vite] Lyr. hoc videmꝰ in vite materiali. q2 ferre fructũ nõ põt nisi pticeps sit hu moris et pinguedinis ipsius stipitis [sic nec vos] Tho. fructũ aliquẽ pote stis facere. i. opus aliq̄d quod sit me- ritoriũ vite eterne[nisi in me mãseri tis] p fidẽ et amoꝛem[Ego sum vitis et vos palmites] Ly. q. d. si vultis fru ctificare manete ĩ me[q̄ manet ĩ me] Glo. credendo et obediẽdo[et ego in eo] illũinando subueniẽdo ⁊ pseuerã tiã dãdo[hic fert fructũ multũ]. s. bo noꝝ operuȝ[q2 sine me nihil potestis facere] Tho. nec paꝝ nec multũ imo nec cogitare aliq̄d boni. vñ apls. ij. co ri. iij. Nõ sumꝰ sufficiẽtes cogitare a liq̄d a nobis: q̄si ex nob̃[Si q̄s in me non mãserit mittet̃ foꝛas]. s. p absci- sionẽ in moꝛte[sicut palmes] Hoꝛ. Si cut palmes a vite separatus extra vi neã ꝓijcit̃: sic infidelis p sepationem ab vnitate ecclesie: vt pȝ apoca. vlti. Foꝛis canes venefici ⁊ impudici [et arescet] per amissioneȝ humoꝛis grẽ [et colligent eũ]. s. angeli executoꝛes diuine iustitie[et in ignẽ mittẽt] sciȝ infernalẽ[et ardet]. s. sine fine in per petuitate pene [Si manseritis ĩ me] p dilectioneȝ[et verba mea in vobis mãserit] quod fit vt dicit̃ in glo. q̄n facimus quod xp̄us precepit ⁊ diligi mus quod ꝓmittit [quodcunq3 volu eritis] Tho. desiderio et affectione, [peteris] in oratione discrete et perse ueranter [et fiet vobis] Ly. de perti tinentibus ad salutẽ vestrã.

Incipit cõmune de marty ribus. Et primo de vno mar tyre euãgeliũ scd̃m mat. xvi

In illo tp̄e. Dixit ie sus discipulis suis. Si q̄s vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suã et sequa tur me. Qui enim voluerit animã suã saluam facere per det eaȝ. Qui autẽ perdide- rit animã suã propter me in- ueniet eam. Quid enim pro dest homini si vniuersum mũ dũ lucretur: anime vero sue detrimẽtũ patiatur: aut quã dabit homo commutationeȝ pro anima sua. Filius enim hominis venturus est in g̃la patris sui cũ ãgelis suis. Et tunc reddet vnicuiq3 secun- dum opera sua.

Postilla.

Si quis vult pꝰ me venire ⁊c. Mathei. xvi. Marci. viij. Luce. ix. Hanc historiã huius euãgelij locutꝰ est dñs iesus christus anno eiꝰ. xxxij. iij. kal. augusti. feria. v. luna. xiij. indi tione. v. Ante initiũ illius euangelij scribit sanctus matheus in codẽ cap. q2 cepit iesus oñdere discipulis suis: quia opoꝛtet eum ire in hierosolimã et multa pati a senioꝛibꝰ ⁊ scribis et principibus sacerdotũ et occidi ⁊ ter tia die resurgere. Et assumens eum petrus cepit increpare illum dicens

Absit a te dñe: non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit petro. Uade post me sathanas: scandalū mihi es. Ly. id ē quantū est in te vis me a salute mundi impedire: quia non sapis que dei sunt: sed ea que hoīm. Ly. petrus dixit ista verba iesu xp̄o motus ex affectu humano. Tunc dixit iesus discipulis suis [Si quis vult post me venire] Ly. meam doctrinā et facta sequendo [abneget semetipsum] Hor. id ē ꝓprium sensum et ꝓpriam volūtatem [et tollat crucē suam] id est carnis castigationē [et sequat̄ me] Hor. ꝑfecta scʒ virtutū imitatiōe. vñ Ber. O q̄ pauci volunt post te ire dñe et ad te peruenire nemo est qui nolit cōgregare cupiunt sʒ non cōpati. [Qui enī voluerit animā suā saluā facere] Ly. quantum ad meritum vite eterne [perdet eam] id est destruet corpꝰ laboribus et passionibus exponēdo. ex quibus sequitur separatio anime a corpore. ⁊ hoc est aniam perdere secunduʒ estimationē falsam hoīʒ carnalium: lʒ sit saluare scōm veritateʒ. [Qui aūt perdiderit aniam suā propter me] Ly. s. propter deū mortē sustinēdo [inueniet eā] in futura gloria [Quid enī prodest hoī si vniuersum mundū lucretur] Hor. de quo nihil secuʒ moriēs poterit portare nisi peccatū: imo q̄to plus acquisiuit de mūdo tāto plꝰ acquisiuit de inferno: vñ Apo. xviij. Quantū glorificauit se et in delitijs fuit: tantū date ei tormētū et luctū [anie aūt sue detrimentū patiatur] Hor. s. amittēdo gl̄iam. incurrendo penam eternā et perdendo humanā substantiā. q. d. totū inutile sit: vñ Amb. Nihil possūt lucri facere tēporalia si perdantur eterna. Exponit̄ ꝙ hoc de illis qui lucrant̄ aīas alioꝝ et suas ꝓprias negligunt [aut quam dabit homo cōmutationē] Hor. id est redemptionē [pro anīa sua] scʒ dānata. q. d. si daretur pro ea mundus non liberaretur. quia secundum Bedam in inferno nulla est redemptio nec dolorum mitigatio. [Filius hominis] id est christus qui est verus hō [venturus est] scilʒ ad iudicium] in gloria patris] Ly. quia in forma gl̄osa iudicabit [et tunc reddet vnicuiqʒ scōm opera sua] Ly. iustis gloriam corporis sui ⁊ anime. malis autem penam corporis et anime. vnde Apoca. xiiij. Opera enim illorum sequūtur illos.

¶ Aliud euangelium de vno martyre scōm Johānē. xij.



N illo tēpe. Dixit iesus discipulis suis. Amē amē dico voƀ nisi granū frumenti cadēs ī terrā mortuū fuerit ipsuʒ solū manet. Si aūt mortuū fuerit fructū multū affert. Qui amat animā suā ꝑdet eam: et q̄ odit aīaʒ suā in hoc mundo in vitā eternā custodit eā. Si quis mihi ministrat me sequat̄. ⁊ vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit euʒ pater meꝰ qui in celis est.

¶ Postilla.

¶ Nisi granū frumēti cadēs in terrā ⁊c. Joh. xij. Hoc euangeliuʒ factū est anno xp̄i. xxxiiij. xij. kal. april feria. iiij. luna. xi. inditione. vi. Ante initiū illiꝰ euāgelij scribit sctūs iohānes in eodē ca. q̄ xp̄s dixit. Uenit hora vt clarificet̄ filiꝰ hoīs. Ly. xp̄us in sua passione clarificatꝰ ē ꝑ signa oñsa in solis obscuratione. in terremotu ⁊ sepulchroꝝ apertione. et in veli templi scissione: fuit etiam clarificatꝰ in sua resurrectione ⁊ ascensione in celum: sed q̄ gloriā precedit humilitas iō in presenti euāgelio agit de humi

litate sue passionis dicēs[Amē amen dico vobis: nisi granū frumēti cadēs ī terrā mortuū fuerit ipm solū manet si autem mortuum fuerit fructū multū affert]Tho. Granū frumēti est xp̄s Sicut eñ granuz frumēti melius est ceteris granis: sic xp̄s melior est omibus. Hoc granū seminatū est ī incarnatione: germinatū in natiuitate: et mortificatū in sua passione. Multuz fructum attulit in gentiū cōuersiōe: quia passio christi maxime fuit causa conuersionis gentiū: vt ptz Joh. xij. Si exaltat⁹ fuero a terra oīa trahā ad meipm[Qui amat animā suam] Ly. i. volendo sibi delectabilia huius mundi ⁊ carnis[perdet eā]scz in futuro: qr ad eternā perditōnē eā deducit Sic amabat aīam suam ille diues q̄ dicebat: vt dr Luc. xij. O anima mea habes multa bōa posita ī annos plrimos: requiesce: comede ⁊ bibe: vnde perdidit eā: qr statim dictū est ei Stulte hac nocte repetent scz dyaboli animā tuā a te: ⁊ q̄ ꝯgregasti cui⁹ erūt[⁊ q̄odit aīaz suā in hoc mūdo] Tho. s. dādo eā ꝑ xp̄o[ī vitā eternā custodit eā]vt ptz Mat. xvi. Qui voluerit animā suā saluā facere ꝑdet eam[Si q̄s mihi mīstrat]Tho. i. vult eē ver⁹ minister ⁊ seru⁹ [me sequat]Ly. q. d. rōnabile est ꝙ minister sequat dūm[⁊ vbi ego suz illic ⁊ minister me⁹ erit]Tho. nulla pōt esse maior promissio: qr esse vbi xp̄s est includit oīa bōa: qr xp̄s inq̄tū est de⁹ essentialiter est ipsa beatitudo. de qua dr in p̄s. lxxxix. Quoniam mille anni āte oculos tuos tanq̄ dies hesterna q̄ preterijt[Si q̄s mihi ministrauerit]Ly. obediendo mādatis meis[Honorificabit eū pr̄ meus] Glo. vt sit filius dei patris ꝑ adoptionez. ⁊ ille est maxim⁹ honor de seruo adoptari ī filiū dei. vt ptz Roma. viij. Si filij ⁊ heredes.

¶Sequuntur nūc euangelia de plurib⁹ martyribus euangeliū secūdū Matheū. v. ca.

In illo tp̄e. Videns iesus turbas ascēdit in mōtē. Et cū sedisset accesserūt ad eū discipuli eius. Et apiens os suū docebat eos dicēs. Beati pauperes spū: qm̄ ipoꝝ est regnum celorū. Beati mites: qm̄ ipsi possidebunt terraz. Beati q̄ lugent: qm̄ ipi consolabunt. Beati q̄ esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā: quoniaz ipi saturabunt. Bt̄i misericordes: qm̄ ipi misericordiā cōsequent. Beati mūdo corde: qm̄ ipi deum videbunt. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabunt. Beati q̄ persecutionē patiūtur propter iusticiā: qm̄ ipoꝝ est regnū celoꝝ. Bt̄i estis cū male dixerint vob hoies ⁊ persecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malū aduersum vos mentientes ꝑpter me. Gaudete et exultate: qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis.

¶Postilla.

¶Videns iesus turbas ascēdit in mōtez. Math. v. Mar. ij. Luce vi. Hystoria hui⁹ euāgelij locutus est dn̄s iesus xp̄s āno etus. xxxi. ij. ydus iulij. fer. ij. luna. xvi. indictiōe. iiij. Ad initiū illi⁹ euāg. scribit sctūs mathe⁹ in. iiij. c. ꝙ iesus circuibat totā galileam docēs in synagogis eoꝝ ⁊ p̄dicās euāgeliū regni ⁊ sanās oēz languorē ⁊ oēz īfirmitatem ī pplo. ⁊ abijt fama ei⁹ in totā syriā. Et obtulerunt ei oēs male hn̄tes varijs languorib⁹: ⁊ q̄ demonia habebāt ⁊ lunaticos ⁊ paraliticos: ⁊ curauit oēs ⁊ secute sunt eū turbe mlte de galilea ⁊ decapoli ⁊ de hierosolymis ⁊ de iudea ⁊ de transiorda

nem[Videns ies9 turbas]Glo. iterk.
vitare volens multitudinẽ popli vt
solis discipulis loqrek [Ascendit in
montẽ]Gor.s. thabor q̄ est in galilea
[Et cum sedissȝ]tanq̄ magister autẽ
ticus.tanq̄ humilis prelat9. Ex hoc
loco tenek q̄ qñ fit sermo secularib9
stat p̄dicator et inuitans ad pugnã ꝛ
opationẽ. qñ vero religiosis et contẽ
platiuis sedet et inuitãs ad quietem
[accesserunt ad eũ discipuli ei9]Gor.
tanq̄ magis deuoti.tanq̄ familiari9
dilecti.tanq̄ specialiter vocati[Et a=
periẽs os suũ docebat eos]Ly.s.octo
btitudines dicẽs[Beati paupes spũ]
ly.s.volũtarie paupes: vt deo liberi9
vacẽt[qm̄ ipoꝝ est regnũ celoꝝ]Ly.
in regno eni itelligik oĩmoda sufficiẽ
tia et excellẽtia q̄ bñ repromittik eis
i celis q̄ tpalia contẽpserũt in terris.
[Beati mites]Gor.mitis est q̄ aliuȝ
non offendit mãsuet9 aũt q̄ se offẽdẽ
tes tolerat[qm̄ ipsi possidebũt terrã]
supple viuentiũ: de q̄ dr̄ in p̄s. cxlij.
Portio mea dñe sit in terra viuẽtiũ.
[Beati qui lugẽt].s.in presenti. Pri=
mo pro peccatis ppriis: scdo pro pec=
catis alienis et miseriis proximoruȝ
Tertio p dilatione glorie. Vñ dauid
dixit in p̄s.cxix. Heu mihi qꝛ incola
tus me9 plongat9 ꝛc. Itẽ p̄s.xlv. Fu
erunt mihi lachrime mee panes die
ac nocte dũ dr̄ mihi quotidie vbi est
deus tu9[qm̄ ipi consolabuntur]lyr.
Cõueniẽs aũt est vt illi q̄ i p̄nti vita
p xp̄o volũtario luctu occupank cuȝ
deo et angelis eternalr consolentur
[Bti qui esuriunt ꝛ sitiunt iustitiaȝ]
Et hec iustitia tribuit vnicuiq3 quod
suũ est: deo ꝛ p̄xio ꝛ sibiipi. Deo tria
honorẽ creatori: amorẽ redẽptori: ti=
morẽ iudici. Proximo tria: obedien
tiã supiori: cõcordiam pari: bñficẽtiã
inferiori. Sibi .tria mundiciã cordi;
custodiaȝ ori: disciplinã corpori. vere
ergo bti qui esuriunt et sitiũt iustitiã
non pecuniã terrenã sicut cupidi.nõ
voluptatẽ carnaleȝ sicut voluptuosi:
nõ potẽtiã secularẽ sicut supbi. Isti eñ

nõ sunt bti: sȝ sunt miseri: qꝛ spe esuriẽt
et nũq̄ satiabunk. vt pȝ ysa.lxv. Ecce
serui mei comedent et vos esurietis
[sȝ beati q̄ esuriunt et sitiunt iustitiã
qꝛ saturabunk]Ly.et ista est satietas
glorie celestis: de qua dr̄ in p̄s.xvi.
Satiabor cum apparuerit gloria tua
[Bti misericordes]scȝ paupibus tri
buendo elemosinas vt patȝ dañ.iiij.
Peccata tua elemosinis redime. Et
puer.iiij. Qui miserek pauperi btũs
erit. ergo dr̄ hic[beati misericordes
qm̄ ipi miam cõsequenk]Ly.in cele
sti eni patria q̄uis misericordiã cõse=
quitur qꝛ vltra ꝯdignũ sibi retribuik
scd̄m illud qd̄ dr̄ ad Roma. viij. Nõ
sunt cõdigne passiones hui9 tpis ad
futurã gl̄iam q̄ reuelabitur in nobis
Quo contradicik Jaco.ij. Judicium
fit ei sine misericordia q̄ non facit mi
sericordiã[Bti mũdo corde]Vñ hie.
Beati mũdo corde quos non arguit
ꝯscia peccatoꝝ. et hoc petiuit dauid i
p̄s.l.dicẽs Cor mundũ crea in me de9
[qm̄ ipi deũ videbunt]Vñ dr̄ in p̄s.
xxiij. Quis ascẽdet in montẽ dñi aut
q̄s stabit in loco sancto ei9. Innocẽs
manibus et mundo corde. Vnde etiã
apl̄s.i.Corint.xiij. Videm9 nũc p spe
culũ i enigmate tunc aũt facie ad fa=
ciẽ[Beati pacifici]Gor.q̄ paci facien
de reformãde ꝛ cõseruande siue in se
siue in aliis iuigilant[qm̄ filii dei vo
cabunk]ꝛ consequenk heredes. vt pȝ
Roma.viij. Si filii ꝛ heredes[Beati
q̄ persecutionẽ patiũtur] non tm̄ bti
qui bene opank: sȝ etiã q̄ psecutionẽ
patiunk non ppter scelera: vt malefi=
ci: latrones et heretici vt pȝ.i. Petri
iiij. Nemo vr̄m patiak q̄si homicida
aut fur aut maledictus sed[ppter iu
stitiã]Gor. defendendã et conseruan
dam. Sic sancti martyres qui quãto
acerbioribus tormentis cruciabank:
tanto magis i dño letabank [qm̄ ipo=
rum est regnũ celoꝝ] et merito debe
tur patientie regnũ: qꝛ scd̄m apl̄m.ij.
ad Thy.ij. Si sustinebim9 et ꝯregna
bimus[beati estis] Gor.nũc in spe sȝ

tandē in re[cum maledixerint vobis
hoīes]carnales et īfideles q̄ ex odio
vobis in faciē contumelias dixerint
[⁊ persecuti vos fuerint]scʒ vi vobis
inferendo [⁊ dixerint omne malū ad
uersum vos mentientes ꝓpter me]
id est ꝓpter nomē meum [Gaudete]
Gor.interius in corde [⁊ exultate] ex
terius in corpore [qm̄ merces vr̄a co
piosa est in celis]vt pʒ Gen̄.xv. Ego
sum merces vr̄a magna nimis.Un=
de etiā apostolꝰ paulꝰ.i.Cor.ij. Nec
oculus vidit nec auris audiuit nec i
cor hominis ascendit que preparasti
diligentibus te.

¶Aliud euangeliū de marti ribus scd̄m lucam.vi.

In illo tp̄e. Descen=
dens iesus de mōte
stetit in loco campe
stri et turba discipuloꝝ eius
et multitudo copiosa plebis
ab omi iudea et hierusalem
⁊ maritima ⁊ tyri et sydonis
qui venerant vt audirent eū
et sanarentur a languoribus
suis.⁊ qui vexabanť a spiri=
tibus immūdis curabanť et
omīs turba querebat eū tan
gere quia virtus de illo exi=
bat et sanabat omēs. Et ip̄e
eleuatis oculis in discipulos
suos dicebat. Beati paupes
quia vestrū est regnum dei.
Beati q̄ nunc esuritis:qꝛ sa=
turabimini. Beati qui nunc
fletis:quia ridebitis. Beati
eritis cum vos oderīt hoīes
et cum separauerint vos et
exprobrauerint et eiecerint
nomen vestrum tanq̄ maluʒ
propter filiuʒ homīs. Gau=
dete ī illa die et exultate. Ec
ce enim merces vestra mul=
ta est in celis.

¶Postilla.

¶Descendēs iesus de mōte
stetit ⁊c.Lu.vi.Hec verba euāgelij lo
cutus est dn̄s iesus anno eius.xxxi.ij
ydus iulij. feria.ij.luna.xvi.iditione
iiij.Ante initiū illiꝰ euāgelij hr̄ Luce
in eo.ca. Factū est aūt in illis diebus
scʒ in quo xp̄us p̄dicauit ⁊ miracula
fecit:exijt iesus in montem orare:et
erat pernoctans in orōe. ⁊ cū dies fa=
ctus esset vocauit discipulos suos et
elegit.xij.ex ip̄is quos ⁊ apostolos no
minauit: symonem quem cognomi=
nauit petrū:et andreā fratrē eiꝰ.iaco
bū et iohannē philippū et bartholo=
meū.matheū ⁊ thomā.iacobū alphei
id est filiū alphei:⁊ symonē qui voca
tur zelotes.iudā iacobi.i. fratreʒ iaco
bi et iudā scarioth qui fuit ꝓditor[et
descendēs de monte]cū illis scʒ ap̄lis
[stetit in loco campestri ⁊ turba disci
puloꝝ eius] Gor.steterunt iuxta eū.
Ex hoc patʒ ꝙ multos habebat disci
pulos.quia nō solū.xij.discipulos ſʒ
etiā.lxxij.et forte plures:multos eniʒ
cōuerterat[et multitudo copiosa ple=
bis sedit circa eum]sicut solet fieri in
sermonibus[ab omni iudea ⁊ hieru=
salē ⁊ maritima]Gor.maritima diciť
hic regio circa mare germanuʒ sita:
nō iuxta mare galilee [et tyri et sydo
nis]q̄ fuerūt ciuitates gentiliū[q̄ ve
nerant vt audirent eum et sanarētur
a languoribꝰ suis:et qui vexabanť a
spiritibus immūdis curabanť] Gor.
⁊ est notabile ꝙ āte xp̄i aduentū multi
erāt demoniaci:modo aūt pauci:nec
mirum. Tunc ei erat dyabolus prin=
ceps huius mūdi: sed nunc p̄ceps
huius mūdi eiectus ē foras: vt patʒ
Joh.xij.[⁊ omnis turba querebat eū
tangere]Gor.nec mirū : quia tactus
eius et sanat corpa et sanctificat aīas
[qꝛ virtus de illo exibat]id ē virtuose
actionis effectus[et sanabat omnes]
Gor. ipse eni optimus ē medicus cui

nullus est incurabilis morbus. vñ in ps. Qui sanat omnes infirmitates tuas[ipse eleuatis oculis i discipulos suos dicebat. Beati paupes] lyr. et accipitur hic pauptas volũtaria p quã aliqs contẽnit et abijcit a se bõa tpalia inq̃tum põt fieri bono mõ: vt hõ liberi⁹ vacet opib⁹ vite contẽplatiue[qr vestrũ est regnũ dei] Ly. hic in spe et postea erit vr̃m in re[Beati q̃ nũc esuritis]ly. abstinentes a cibis delectabilib⁹ ꝛ supfluis: vt sic redigatur caro in seruitutẽ aĩe [qr saturabimini] Ly. ichoatiue i pñti vita: sꝫ pfecte in patria: scꝫ q̃ dr̃ in ps. xvi. Saciabor cum apparuerit gl̃ia tua[Bt̃i qui nũc fletis] scꝫ in pñti mũdo q̃ est vallis lachrymaꝝ[qr ridebitis]in futura vita Hor. Felix mutatio ab opposito in oppositũ scꝫ a fletu in gaudiũ scꝫ a fletu transitorio in gaudiũ eternum [Beati eritis cum vos oderint hoĩes]Hor. s. malũ vobis optando [ꝛ cũ sepauerint vos]. s. a sua cõgregatione expellendo; scdm̃ illud Joh. xi. Jam conspirauerant iudei vt si quis eum confiteretur extra synagogam fieret[ꝛ exprobrauerit] Hor. conuitia et improperia vobis dicendo[et eiecerint nomen vestrum tanq̃ maluꝫ] scꝫ nomen xpianuꝫ tanq̃ malũ: cum sit optimuꝫ [ꝑpter filium hominis] Hor. Ecce causa optima debita patiẽdi: scilꝫ ꝑpter filium hominis. Horr. Nemo ei debet pati tanq̃ homicida aut fur: sed tanq̃ xpianus[gaudete i illa die] Hor. scꝫ gaudio interiori: qḋ fecerunt apl̃i: vt hr̃ Actuũ. v. Ibant gaudentes apl̃i a conspectu consilij q̃m digni habiti sunt ꝓ nomine iesu contumeliã pati[ꝛ exultate]gor. scilꝫ gaudio exteriori quod fecit beat⁹ andreas dicẽs. Securus eni et gaudẽs venio ad te o bona crux. Et sic beat⁹ vincentius. Hoc est inquit quod semper optaui et votis oĩbus exquisiui Sic et beatus laurentius dixit: gaudeo plene: quia hostia xp̃i effici merui. Sic et btã agatha letissime et gaudenter ibat ad carcerẽ [Ecce merces vr̃a multa est in celis] Hor. tã multa q̃ non põt numerari: tam magna q̃ nõ potest estimari: tam preciosa q̃ nõ potest cõparari: tã diuturna q̃ nõ põt terminari [in celo]. q. d. i loco securo ergo de amissione nõ timeatis: qr ibi nec fur appropinquat: nec erugo nec tinea demolitur: vt patꝫ Mathei. vi.

¶ Aliud euangelium de martyribus sm Lucam. xxi. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipul' suis. Cum audieritis prelia et seditiões: nolite terreri. Oportet primuꝫ hec fieri: sed nõdũ statiꝫ finis. Tũc dicebat illis. Surget gẽs cõtra gentem ꝛ regnum aduersus regnum: et terremotus magni erunt per loca et pestilentie et fames: terroresqꝫ de celo et signa magna erũt. Sed ante hec omnia inijciẽt vobis manus suas ꝛ ꝑsequẽtur tradẽtes in synagogas ꝛ custodias trahẽtes ad reges et presides ꝑpter nomen meum. Cõtinget aũt vobis i testimoniũ. Ponite ergo i cordibus vestris non premeditari queadmodum respõdeatis. Ego ei dabo vobis os et sapientiam cui non poterũt resistere nec cõtradicere omnes aduersarii vestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis ꝛ amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oĩbus hominib⁹ propter nomẽ meum

et capill⁹ de capite vestro nō peribit. In patientia vestra possidebitis aīas vr̄as.

¶ Postilla.

¶ Cum audieritis prelia et seditiões etc. Lu. xxi. Hāc hystoriā hui⁹ euāg. locutus est dn̄s iesus xp̄s anno eius. xxxiij. xiij. kal. aprilis. dn̄ica: scz palmarum. luna. x. inditione. vi. Añ initium illius euāg. scribit sctūs lucas in p̄ncipio hui⁹ capituli. Respiciens aūt iesus vidit eos q̄ mittebant munera sua i gazophilatiū diuites: et vidit quādā viduā paupculā mittentē era minuta duo et dixit. Uere dico vob: qr vidua ista paup pl⁹ q̄ oēs misit: nā oēs hi ex abundāti sibi miserunt: hec aūt oēm victū quē habuit misit. Et qbusdā dicētibus de templo q̄ lapidibus bonis et donis ornatū esset dixit. Hec q̄ videt venient dies i quibus nō relinquetur lapis sup lapidem qui nō destruat. Interrogauerunt illū dicētes. Preceptor qñ hec erūt: et quod signū cum fieri incipient: qui dixit [Cū audieritis p̄lia et seditiones] Gor. prelia q̄tū ad hostes extraneos: et seditiōes q̄tū ad domesticos. vn̄ Grego. Bella ad hostes ptinent: seditiōes ad ciues Nam iosephus in lib. antiquitatū dicit q̄ post passionē xp̄i et destructiōez ciuitatis hierl'm: multe seditiones et prelia erāt apud iudeos qr samaritani q̄ ptim tenebāt ritū gentiliū insurgebāt ↄtra iudeos: et ecōuerso. Itē in pp'lo iudeorum erāt plurimi q̄ incitabāt pp'lm ad rebellandū cōtra romanos: aliȷ̄ aūt ad ↄtrariū etc. [Nolite terreri: oportet p̄mū hec fieri] Lyr. quia sunt a deo preordinata [sed nōdū statim finis] Ly. qr post auditionē talium stetit adhuc ciuitas hierl'm per tp̄s longū scz. xlij. annis post passionem xp̄i. Gor. Uoluit aūt dn̄s differre ne territi ap'li hierl'm et iudeā desererēt et vt interi p̄dicātib⁹ ap'lis electi ↄuerterētur et reprobi inexcusabiles efficerentur. Tunc postmodū scz dixit q̄ nō statim eēt finis [dicebat ill'. Surget gēs ↄtra gētē] Gor. i. pp'ls ↄtra pp'lm: siue vna trib⁹ ↄtra aliā [et regnū aduersus regnū] Ly. qr regnū iudeorum cōtra regnū romanorum rebellauit [et terremotus magni erūt p loca] Gor. ad inuēdū q̄ illi terremot⁹ p̄ticl'ares erāt futuri. Uniuersal' em̄ terremot⁹ nō fuit nisi in passiōe xp̄i: de quo dr̄ Mathei xxvij. Et ecce terremotus fact⁹ ē magnus: petre scisse sunt [et pestilētie] qr pestilētia fuit in obsidiōe ciuitat' hierusalē ex corruptiōe aeris ex cadaerib⁹ mortuorū [et fames] Gor. ecce penuria victualium facta est em̄ fames generalis sub claudio impatore quā p̄dixerat agabus ppheta [terroresq̄ de celo et signa magna erūt] Dicit em̄ iosephus in li. de iudaico bello q̄ ante destructionē ciuitatis hierl'm syd⁹ stetit super ciuitatez hierusalem per annum simile gladio: quā apparitionem quidā dicebāt significare auxilium sibi affuturū cōtra inimicos. Aliȷ̄ econtrario dicebāt significare vindictam dei cōtra mala inhabitantium in ciuitate: et pp̄ter hoc erant diuerse opiniones de preliȷ̄s inter eos [Sed ante hec oīa] gor. sup. iam dicta [iniȷ̄cient vobis manus suas] persequentes de loco ad locuz: vt patet Joh. xv. Si me persecuti sunt et vos p̄sequentur [tradentes in synagogas] gorr. id est in publicos ↄuentus ad magis cōfundendum et flagellandū: sicut factū est quando cesis apostolis denūciauerūt ne amplius loquerent in noīe iesu: vt ptz Act. v. [et custodias] scz ad incarcerandū: vt factum est qñ posuerūt eos in custodia publica. vt ptz Act. v. [trahentes ad reges et presides] gor. ad respondendum eis [pp̄ter nomē meum] id est pp̄ter cōfessionē nominis mei [continget autē vobis in testimoniū] Lyr. scz euangelice veritatis ibidem constanter ↄfitende [ponite ḡ in cordibus vestris non premeditari quemadmodū respondeatis: ego em̄ dabo vobis os] Gorra. id est eloquen-

tiam ad loquendum[ꝛ sapientiā] ad cognoscendum[cui nō poterunt resistere nec contradicere omnes aduersarij vestri] Hoꝛ.s. nec iudei nec heretici nec pagani[Trademini aūt a parētibus ꝛ fratrib⁹ ꝛ cognatis ꝛ amicis: ꝛ moꝛte afficient ex vobis]Hoꝛ.qui debeant vos iuuare ꝛ liberare [ꝛ eritis odio omnibus hominibus] Hoꝛ. humanum amantibus ꝛ terrena sapientibus[ꝓpter nomē meum] id est ꝓpter confessionez nominis mei[ꝛ capillus ď capite vestro nō peribit] Ly. hoc addit saluatoꝛ ad declarandū veritatem future resurrectiōis per quā resurgent in electis non solum illa q̄ sunt de necessitate humane nature: sed etiaȝ ea que sunt ad decoꝛem: cuiusmodi sunt capilli: quia meditatio huius resurrectionis multū facit ad tolerantiam martyrij de quo saluatoꝛ loquebatur[Jn patientia vestra] Hoꝛ.quasi diceret in pꝛedictis maxime necessaria est patientia: quia in ipsa [possidebitis animas vestras] id ē custodietis.

¶Aliud euangelium de martyribus scd̄m Lucam.xij.c.

In illo tempoꝛe. Dixit iesus discipul'suis. Attēdite a fermēto phariseoꝝ quod est ypocrisis. Nihil autem opertuȝ quod nō reueletur: neq₃ absconditum quod nō sciatur: qm̄ q̄ in tenebꝛis dixistis: in lumīe dicētur: ꝛ quod in aure locuti estis ī cubiculis p̄dicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis nc terreamini ab his q̄ occidūt coꝛp⁹ et post hec non hn̄t amplius q̄d faciant. Ostendā autē vobis quem timeatis. Timete eum qui postq̄ occiderit habet potestatez mittere in gehennā: ita dico vobis: hūc timete. Nōne quinq₃ passeres veneunt dipondio ꝛ vnus ex illis nō est in obliuione coꝛā deo. Sed ꝛ capilli capitis vestri omēs numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autē vobis om̄is quicūq₃ confessus fuerit me coꝛaȝ hominibus: ꝛ filius hominis cōfitebitur illum coꝛam angelis dei.

¶Postilla.

¶Attendite a fermēto phariseoꝝ ꝛc. Luc.xij. Hystoꝛia hui⁹ euāgelij dicta ē a dn̄o iesu xp̄o anno eius xxxi.ij.ydus iulij.feria.v.luna.xvi.indictione.iiij. Ante initiū illius euāgelij scribit sctūs lucas q̄ multis turb̄ circūstantib⁹: ita vt seinuicem cōcul-carent cepit iesus dicere ad discipl'os suos[Attendite a fermēto phariseorum] Lyꝛ.scȝ ne per eoꝝ ypocrisim auertamini a fidei veritate[nihil autē opertū quod nō reueletur: neq₃ abscōditum quod non sciatur] Hoꝛ. opertū pertinet ad opera mala que occultātur ex industria: absconditum ad cogitatiōes que occultanẗ ex ꝓpꝛia natura: sed vtrūq₃ in futuro iudicio scietur.[qm̄ q̄ in tenebꝛis dixistis] Hoꝛ. id est in pꝛessuris ꝛ in carcerib⁹ locuti estis[in lumine dicenẗ]id est in aperto quando scȝ ea que passi estis ī carcerib⁹ leguntur per oꝛbem ad gloriaȝ vestrā[ꝛ quod ī aure locuti estis] id ē in priuato: priuatum aūt efficitur verbū vel ex modo : q: submisse in aure: vel in loco q: in cubiculo[p̄dicabitur in tectis] Lyꝛ. domus ergo in illa terra habēt tecta plana vbi cōgregātur homines ad spaciandū ꝛ confabulandum: ꝛ iō illa que dicuntur ibi: publi

ce dicunt. Et hꝰ modo exponit theo=
philus [dico aūt vobis amicis meis
ne terreamini ab his qui occidūt cor
pus] Añ Criso. Omnia mala opera=
tur timor mortis: oīa bona tēpꝰ mortis
[τ post hec] id est post occisionē corpo
ris [nō habent amplius quid faciāt.
Ostēdā aūt vobis quē timeatis time
te eū qui postq̄ occiderit] scz corpus
[hz ptātē mittere in gehennā] Hor. s.
ipsam animā τ etiā ipsuz corpus [ita
dico vobis hūc timete] τ nō aliū [Nō
ne quinq̄ passeres veneunt] id est vē=
dunt [dipōdio] Hor. dipondius ē pon
dus monete ex duobꝰ assibus cōposi=
tum. Ad euidentiam illius scōz Lyr.
sciendum q̄ passeres abūdant in ter
ra pmissiōis. τ iō de ipsis fiebat obla=
tio pauperū qui nō poterant habere
alia vnde erant pauci valoris. qꝛ duo
habebantur pro asse [et vnus ex illis]
scilz q̄uis sit parui valoris [non ē in
obliuione coram deo] id est nō morie
tur sine prouidentia dei patris: τ per
consequēs supple neq̄ vos moriemi
ni quin deus ordinet de morte vestra
[Sed et capilli capitis vestri omnes
numerati sunt] Lyra. id est in dei pre
sentia [Nolite ḡ timere: multis passe
ribus pluris estis vos] Ly. id est ma=
ioris reputationis apud deum: quia
ad ymaginem dei creati [Dico autez
vobis omnis quicunq̄ me confessus
fuerit coram hominibus] Hor. id est
non tantū crediderit corde: sed cōfes=
sus fuerit simul ore [τ filius homis
confitebitur eū coram angelis dei]

¶ Sequūtur euāgelia de cō= fessoribus. Euangeliuz secū dum Lucam. xij. ca.

In illo tempore. Di
xit iesus discipulis
suis. Sint lumbi ve=
stri precincti τ lucerne ardē=
tes ī manibꝰ vestris. Et vos
similes hominibus expectā=
tibus dn̄m suum quando re=
uertatur a nuptijs: vt cuz ve
nerit τ pulsauerit: confestim
aperiant ei. Beati serui illi
quos cum venerit dn̄s inue=
nerit vigilantes. Amen dico
vobis q̄ precinget se τ faciet
illos discumbere τ transiens
ministrabit illis. Et si vene=
rit in secūda vigilia: τ si i ter
tia vigilia venerit: τ ita inue
nerit: btī sunt serui illi. Hoc
autem scitote q̄m si sciret pa
terfamilias qua hora fur ve
niret: vigilaret vtiq̄ τ nō sine
ret pfodi domū suā. Et vos
estote pati: qꝛ qua hora non
putatis filius hoīs veniet.

¶ Postilla.

¶ Sint lumbi vestri pcincti τ
lucerne τc. Luce. xij. Hystoriā huius
euangelij locutus est dn̄s iesus anno
eiꝰ. xxxi. ij. ydus iulij. fer. v. luna. xvi.
inditione. iiij. Ante initium illiꝰ euā=
gelij scribit sanctus lucas in codē ca.
q̄ xp̄s dixit discipulis suis. Nolite ti=
mere pusillus grex qꝛ cōplacuit patri
vestro dare vobis regnū. Tunc sequi
tur euangeliū hodiernuz [Sint lūbi
vestri pcincti] Lyr. lumbi mētis sunt
voluntas τ intellectus ex quibus p=
cedunt cogitationes male. Lumbi ve
ro carnis sunt in quibus viget motꝰ
luxurie: τ vtriq̄ lumbi sunt pcingen
di id est coartandi ab illicitis cogita=
tiōibus τ opibus [τ lucerne ardētes]
Ly. id est doctrina clara pcedēs ex ca
ritate [in manibus vestris] implendo
opere [τ vos similes hominibꝰ expe=
ctantibus dn̄m suum] Lyra. id est sitis
discreti et vigiles τ sollicitι de vestra
custodia expectādo dn̄m venturū ad
iudicium: sicut antiqui patres expe=
ctabant eum venturuz in carnē [quā

do reuertat a nuptiis] Glo. or. ad nuptias dñs iuit cū post resurrectionē nouus homo angelorum multitudinem sibi copulauit. A quib⁹ nuptiis reuertitur cum nobis per iudicium manifestatur. vt patet Act. i. Sic veniet quemadmodū vidistis eum euntem in celum [⁊ pulsauerit] per egritudinem mortē ꝓpinquam designando [confestim aperient ei] eum suscipiendo [beati serui illi quos cum venerit dominus] Lyra. in eorum morte [inuenerit vigilātes] id ē ī statu gratie et nō in peccatis dormientes: quia talis ꝑsentabitur in iudicio qualis īuenitur in morte q̄tum ad gratiam vł ad culpam [Amē dico vobis q̄ ꝑcinget se] Glo. preparans se ad retributionē [⁊ faciet illos discumbere] Glo. or. in regno celesti quiescere [⁊ transiens ministrabit illis] Glo. transiens ministrabit cum de iudicio ad regnū rediens sua claritate fideles satiabit [Et si venerit in secunda vigilia ⁊ si in tertia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit beati sunt serui illi] Unde Grego. prima vigilia est status pueritie: maxime cum incipit vsus ratiōis in pueris. Scda vigilia est stat⁹ iuuentutis. Tertia vigilia est stat⁹ virilis. Quarta vigilia est status senectutis: quia ī quolibet statu fideles debent esse parati per iusticiam ad recipiendā mortem [Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq̄ ⁊ non sineret perfodi domum suam] Gor. Hic domin⁹ iesus monet nos vigilare contra mortis incertitudinem: q̄uis nihil sit certius morte: nihil tamen incertius hora mortis [Et vos estote parati: quia qua hora nō putatis filius hominis veniet] Glo. or. vltimam horam semper ignorare voluit nos dñs vt semper sit suspecta et ad eandem semper preparemur.

Aliud euangeliū de ꝯfessoribus scdm Lucam. xi. cap.

In illo tempore. Dixit iesus discipul' suis. Nemo accēdit lucernam ⁊ in abscōdito ponit neq̄ sub modio sz super candelabrum vt qui ingrediunt lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: totum corpus tuū lucidū erit. Si autem nequā fuerit: etiā corpus tuuz tenebrosuz erit. Uide ergo ne lumē qd in te est tenebre sint. Si ergo corpus tuū lucidū fuerit nō habens aliquā partem tenebrarū: erit lucidū totū. Et sicut lucerna fulgoris illuīabit te.

Postilla.

Nemo accendit lucernā et in abscondito ⁊c. Luce. xi. Hoc huius euangelii ꝑadigma locut⁹ est dñs iesus anno eius. xxxi. ii. ydus iulii. fer. v. luna. xvi. inditione. iiii. Ante initiū illius euangelii scribit sanctus lucas in codez ca. q̄ quedam mulier extollens vocem de turba dixit. Beatus vēter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. Tunc sequitur euangeliū hodiernū [Nemo accēdit lucernaz] Ly. Lucerna hic accipitur ꝓ intentiōe recta: q2 intentio recta includit lumen fidei ⁊ ardorem caritatis ad moduz lucerne ardentis [⁊ in abscōdito ponit neq̄ sub modio: sed super candelabruz] Ly. q2 intētio recta dirigit ad superna [vt qui ingrediūtur lumē videāt] Ly. sicut eñi lucerna in alto posita illuminat ea que sunt ī domo materiali: sic intētio recta ea que fiunt ⁊ disponūtur in domo ecclesie ⁊ etiam in domo ꝯscientie [Lucerna corporis tui ē oculus tuus] Ly. q2 sicut oculus dirigit membra corporis ad operandū vt

pedem ad ambulandũ: manũ ad scri bendũ: sic intentio recta dirigit nr̃as opationes in finẽ debitũ: ideo subdit [Si oculus tuus fuerit simplex] ly. i. intentio tua recta [totũ corp⁹ tuũ] id est congeries opationũ tuarum [lucidum erit]. i. meritorium vite eterne [Si aũt neq̃ fuerit]. i. intentio puersa [etiam corp⁹ tuũ tenebrosum erit] Lyr. id ē congeries opationũ tuaruz mala erit: quia opus bonũ malũ efficitur peruersa intentione: sicut cũ aliquis dat elemosinã paupercle mulieri intentione trahendi eam ad peccatum luxurie [vide ergo ne lumen qđ in te ē tenebre sint] ly. i. diligẽter attẽde ne intentio tua que lumen anime est sit peruersa: quia per hoc corrumperentur omnia bona opa [Si ergo corpus tuum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum] Ly. tum ex bonitate intentionis: tuz ex bonitate opis [erit lucidũ totum] quia omĩa cadent ad vite eterne meritum [et sicut lucerna fulgoris illuminabit te] Ly. in presenti per grãm et in futuro per gloriam.

¶ Aliud euãgeliũ de confessoribus scđm Lucã. xix. c.

In illo tpe. Dixit iesus discipul' suis parabolã hanc. Homo q̃dam nobilis abĳt in regionem longinquã accipere sibi regnuz et reuerti. Vocatis aũt decem seruis suis dedit illis decẽ mnas: ⁊ ait ad illos Negociamini dũ venio. Ciues aũt eius oderant illuz ⁊ miserũt legationẽ post illum dicẽtes. Nolum⁹ hũc regnare sup nos. Et factũ est vt rediret accepto regno: ⁊ iussit vocari seruos suos q̃bus dedit pecuniã: vt sciret q̃tuz q̃s q̃ negociat⁹ eẽt. Venit aũt pm⁹ dicẽs. Dñe mna tua decẽ mnas acq̃siuit. Et ait illi. Euge serue bone: q: i modico fuisti fidelis: eris ptãtem hñs sup decez ciuitates. Et alter venit dicẽs. Dñe mna tua fecit quinq̃ mnas ⁊ huic ait. Et tu esto sup quiq̃ ciuitates. Et alter venit dicens Dñe ecce mna tua quam habui repositã in sudario. Timui enĩ te q: homo austerus es: tollis quod nõ posuisti: et metis qđ non seminasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico serue neq̃. Sciebas q: ego hõ austerus suz: tollẽs quod non posui et metẽs qđ nõ seminaui. Et quare nõ dedisti pecuniã meã ad messem: et ego veniens cũ vsuris vtiq̃ exegissem illã. Et astãtibus dixit. Auferte ab illo mnã: ⁊ date illi q̃ decẽ mnas hz. Et dixerũt illi. Dñe decẽ mnas hz. Dico aũt vobis q: omni habenti dabit et abundabit ab eo autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo.

¶ Postilla.

¶ Homo q̃dam nobilis abĳt in regionẽ ⁊c. Lu. xix. Ante initiũ illius euangelĳ scribit sanct⁹ lucas in eodẽ ca. q̃ xp̃s dixit. Venit filius hominis querere et saluũ facere qđ perierat. Tunc postmodũ sequit euangeliũ hodiernũ. Homo quidam nobi

lis] Lyr. i. iesus xp̄us hō natus scd̄m
carnē de semine dauid regis [abijt in
regionē longinquā] Ly. i. ad celū em
pireū per suā ascensionē [accipere re
gnū] sup ordines āgeloꝝ [et reuerti]
scꝫ in fine mūdi ad iudiciū. Tūc eniꝫ
oibus manifestabitur regnū ipsius.
[Uocatis aūt decem seruis suis] id ē
fidelibus vniuersis [dedit illis deceꝫ
mnas] Ly. vniuersitatē donoꝝ suoꝝ
diuersimode tamē: qꝛ dedit vnicuiqꝫ
plꝰ vel minꝰ scd̄ꝫ xp̄iani ꝟtutē [Et ait
ad illos: negociamini dū venio] Ly.
qꝛ tēpus meriti currit vsqꝫ in diē iudi
cij in quo tēpe deus dat dona sua ad
hoc ꝙ multiplicent̄ fructus bonoꝝ
operum [Ciues aūt eius oderāt eū]
Ly. ciues illi sunt iudei qui pro maio
ri parte in odium xp̄i sunt firmati [⁊
miserunt legationē post illum dicen
tes. Nolumꝰ hunc regnare sup nos]
quia post ascensionē xp̄i ad celos iu=
dei conati sunt destruere fideꝫ catho
licam ī qua incipit regnū xp̄i quod
complebitur et manifestabit̄ in fine
mundi [Et factū est vt rediret] scilicꝫ
ad gn̄alc iudiciū [iussit vocare seruos
suos quibus dedit pecuniā vt sciret
q̄ntum quisqꝫ esset negociatus] Ly. qꝛ
oportebit oēs apparere ante iudiceꝫ
ad reddendū de omibus acceptis ab
eo rationē Roma. xiiij. [Uenit aūt pri
mus dicens. Domine mna tua deceꝫ
mnas acquisiuit] Lyr. qꝛ tunc electi
de suis meritꝭ securi parati erūt asta=
re iudici [Et ait illi. Euge serue bone
qꝛ in modico fuisti fidel̄] Ly. qꝛ bona
temporalia ⁊ etiā spiritualia que ha
bentur ī vita presenti modica sunt re
spectu bonorum celestium: que expe
ctantur in futura vita [eris potestatē
habens super decem ciuitates] lyra.
id est gaudebis de fidelitate omniuꝫ
qui per doctrinam tuaꝫ vel exemplū
vite tue cōuersi sunt ad bonum [⁊ alt̄
venit dicens: domine mna tua] Hor.
id est gratia tua [fecit quinqꝫ mnas ⁊
huic ait: ⁊ tu esto super quinqꝫ ciuita
tes] Hor. i. super illos quos tua predi
catione vel exemplo tuo cōuertisti [sꝫ
tertius venit] Lyr. qꝛ licet mali refor=
mident venire ad cōspectum iudicis
tamen oportebit eos ibideꝫ represen
tari [dicens dn̄e ecce mna tua quam
habui repositam ī sudario] Ly. mna
reposita in sudario significat donum
dei a bonis operibus ociosuꝫ [timui
eniꝫ te] Ly. iste timor nō est nisi pusil=
lanimitas bene agendi [qꝛ hō austerꝰ
es] Ly. licet em̄ modo sit tēpus mise=
ricordie in iudicio tamen erit tempꝰ
rigoris ⁊ iusticie [tollis quod non po=
suisti: ⁊ metis quod nō seminasti] Ly.
quia a prelatis ecclesie nō solum req̄=
runtur bona in propria persona: sꝫ in
subditis eorum quos tenentur indu=
cere ad bonum [Dixit ei. De ore tuo
iudico te serue nequaꝫ] Hor. stultitia
magna est peccatum ꝓprium excusa
re [sciebas qꝛ ego hō austerus sum]
Glo. si me durum noueras: quare cō=
mendatum tibi timoreꝫ non incussit:
vt scires me diligentius quesiturum
[tollens quod nō posui et metens qđ
non seminaui] Hor. requirit enim de
us bona opera etiam ab eis quibꝰ nō
dedit gratiam operandi: nec tamen
deus hoc faciendo iniuste agit: quia
⁊ si illi non recipiunt ipse tamen para
tus fuit dare gratiam [⁊ quare nō de
disti pecuniā meaꝫ]. i. dona mea [ad
messem]. i. ad lucrum [⁊ ego veniēs]
scꝫ ad iudiciū ꝑtickare. i. ad mortē ho=
minis [cū vsuris exegissem eam] id ē
cuꝫ lucro [Et astantibus dixit] Hor. i.
angelis qui deo iudicanti semper as=
sistunt [Auferte ab eo mnā]. i. gratiā
[⁊ date illi qui decem mnas hꝫ] Glo.
Augetur em̄ gratia ī eo q̄ in ea labo=
rat. Autor compendij theologie veri
tatis li. iij. c. vij. sic dicit. Ne aūt aliqđ
bonū ꝑeat illa bōa oꝑa que quis pec=
cando mortificat alijs saluādis dabū
tur. Sicut qn̄ corꝑali morte quis mo=
ritur fratres ⁊ propinqui ī bonis suc=
cedunt. vn̄ Job. xxvij. c. Si cōportaue
rit quasi terra argentū: ⁊ sicut lutū p̄=
parauerit vestimēta ꝑparabit quidē

sed iustus vestietur illis: ⁊ argentum innocens diuidet[Et dixerunt ei] scꝫ angeli[Dñe habet decez mnas].q.d. satis habet[Dico autem vobis quia omni habenti] Hor. ⁊ illo bene vtenti [dabitur] scꝫ incrementuz eius quod habet[⁊ abūdabit] scꝫ in futuro: quia scđm apostolū: oculus non vidit nec auris audiuit: nec ī cor hominis ascē dit que preparauit deus diligentibꝰ se[ab eo autem qui nō habet] scilicet vsum doni collati: sicut ille piger seruus fuit[⁊ quod habet] id est ipsum donum[auferetur ab eo] Horra. dare habēti fuit misericordie: auferre nō habenti iusticie.

¶Aliud euangeliuz de confessoribus scđm Matheum xxv. capitulo.

In illo tempore. Dixit iesus discipulꝭ suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscēs vocauit seruos suos ⁊ tradidit illis bona sua. Et vni dedit qnqꝫ talēta: alij aūt duo: alij ꝟo vnū: vnicuiqꝫ secūdū propriam virtutem: et profectꝰ est statim. Abijt autem qui quinqꝫ talenta acceperat et operatus est in eis: et lucratus ē alia quinqꝫ. Similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat abijt et fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Post multuz vero temporis venit dominus illorum seruoruz ⁊ posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinqꝫ talenta acceperat obtulit alia quiqꝫ talēta dicēs. Dñe qnqꝫ talēta tradidisti mihi: ecce alia qnqꝫ superlucratꝰ sum. Ait illi dñs eiꝰ. Euge serue bone ⁊ fidelis: qꝛ sup pauca fuisti fidelis: supra multa te ꝯstituā: intra ī gaudiū dñi tui. Accessit aūt ⁊ q̄ duo talēta accepat: ⁊ ait. Duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratꝰ sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone ⁊ fidel' qꝛ sup pauca fuisti fidelis supra multa te ꝯstituam intra in gaudium domini tui.

¶Postilla.

¶Homo quidaz peregre ꝓficiscēs ⁊c. Math. xxv. Hystoria huius euangelij locutus est dñs iesus xp̄s āno eiꝰ. xxxiij. xi. kal. aprilis. feria. iij. luna. xij. indictiōe. vi. Ante initiū illiꝰ euāgelij scribit sanctus matheus in eo. ca. ꝙ christus dixit discipulis suis. Uigilate qꝛ nescitis diem neqꝫ horaz Tunc statim sequitur euangeliū hodiernum[homo quidam peregre ꝓficiscēs] Lyr. Homo ille est iesus xp̄s qui quāuis scđm diuinitatem nō possit ꝓficisci de loco ad locum: quia sic ē vbiqꝫ sed tamen secundū humanam naturam peregre profectus est quando ascēdit in celum [vocauit seruos suos] Hor. educendo eos in esse nature: [⁊ tradidit illis bona sua] Ly. scilꝫ bona nature: bona gratie: bona ꝯsciētie ⁊ sapientie: bona potētie: bona opulentie. Et dicuntur talenta: qꝛ per bonum vsum talium potest quilibet sibi accipere celeste p̄miuz[vni dedit quinqꝫ talenta. alij duo. alij vero vnū vnicuiqꝫ secundum propriam virtutem: ⁊ profectus est statim] quia christus secundum humanitatem mutauit locum celum ascendēs[Abijt aūt q̄ quiqꝫ talēta acceperat: ⁊ lucratus ē

alia quinq̄] Ly. qꝛ iſta talenta multiplicauit bñ vtendo ꝑdictis donis ad ſui perfectionē ⁊ ꝓximi edificationē [Similiter qui duo talēta acceperat] .i. aliqua ex ꝑdictis donis [lucratus eſt alia duo] Hor. ⁊ attenditur illud lucrum in merito quo ad ſe ⁊ in edificatione quo ad ꝓximum. ⁊ ſic duplicat̄ bonū acceptū [Qui aūt vnū acceperat abijt ⁊ fodit in terrā: ⁊ abſcondit pecuniā dñi ſui] Ly. ille abſcondit in terra qui ꝑdictis donis vtitur ad mūdi gloriā et tēporale lucrū ſeu queſtū [Poſt multū vero tp̄is) Ly. qꝛ longū tempus eſt ab aſcenſione xp̄i ad celū vſq̄ ad aduentum eius ad iudicium [Venit domin⁹] Hor. ꝑ ſeipſum non pervicariū [ſeruoꝝ illoꝝ] q̄bus bona ſua cōmiſit [⁊ poſuit rationez cū eis] vt ptz Luce. xvi. Redde rationem villicationis tue. Ly. qꝛ tunc diſtricte exiget rationem de bonis ab eo collatis [Et accedēs qui quinq̄ talenta acceperat obtulit alia q̄nq̄ talenta: dicēs. Dñe quinq̄ talēta tradidiſti mihi: ecce alia quinq̄ ſuꝑlucrat⁹ ſum] Hor. i. m̄ltiplicata ſunt merita ex gratia tua ⁊ vſu liberi arbitrij [Euge ſerue bone et fidelis] querens in ſuis actibus dñi gloriam ⁊ nō ꝓpriā laudem [quia ſuper pauca fuiſti fidelis] Lyꝛ. om̄ia bona in hac vita homini collata pauca ſunt reſpectu bonoꝝ glorie [ſupra multa te cōſtituā] qꝛ in celo ꝯfert homi bonū infinitum [intra in gaudiū dñi tui] Hor. vt ſit ex oī parte gaudiū. ſurſum ex viſione dei. deorſum ex cōſideratiōe inferni. interi⁹ ex gloria cōſcientie. exteri⁹ ex decore oīs creature [acceſſit autem ⁊ qui duo talēta acceperat: ⁊ ait. Domīe duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucrat⁹ ſū] Hor. duplicando bona ſcȝ bonū ſapiētie a me diffundendo in proximū per verbū ꝑdicatōnis: a me diffundendo in ꝓximum per exemplum edificationis [Ait illi dñs ieſus. Euge ſue bone fidel̄. qꝛ ſuꝑ pauca fuiſti fidel̄ ſupra multa te ꝯſtituam intra in gaudium dñi tui] De q̄ dicit Ber. in lib. de ꝯſideratiōe. Qual̄ putas tūc erit ſplēdor aīaꝝ: qñ ſolis ſplendorez habebit lux corporū. nulla eñi ibi triſticia: nulla anguſtia: nullus dolor: nullus timor. nullus ibi labor: nulla mors ſȝ ꝑpetua ſanitas ſemper ꝑſeuerabit.

Aliud euāgeliū de ꝯfeſſoribus ſecundum Matheum xxiiij. cap̄.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipul̄ ſuis Vigilate: qꝛ neſcitis q̄ hora dñs veſter venturus ſit Illud aūt ſcitote qm̄ ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet vigilaret vtiq̄ ⁊ nō ſineret ꝑfodi domum ſuam Ideo ⁊ vos eſtote parati: qꝛ neſcitis qua hora filius hominis vētur⁹ eſt. Quiſ putas eſt fidelis ſeru⁹ ⁊ prudens quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuaȝ vt det illis cibum in tempore. Beat⁹ ille ſeruus: quem cū venerit dñs ei⁹ īuenerit ſic faciētez. Amē dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Poſtilla.

Vigilate qꝛ neſcitis qua ⁊c. Math. xxiiij. Hec verba ſancti euāgelij locutus eſt dominus ieſus xp̄s anno ei⁹. xxxiij. xi. kal̄. aplis feria. iiij. luna. xij. inditōne. vi. Ante initiuȝ illius euāgelij ſcribit ſanct⁹ Mathe⁹ in eo. ca. Celū ⁊ terra trāſibūt: verba aūt mea nō trāſibūt. Tūc ſequit̄ euāgeliū hodiernū [Vigilate: qꝛ neſcitis qua hora dñs veſter vēturus ſit] Hor. ſcȝ ad mortem cuiuſlibet hoīs vt ptȝ Eccle. x. Neſcit hō finē ſuū ⁊c. [Hoc aūt ſcitote: quoniā ſi ſciret paterfami

lias qua hora fur veniret] Hor. id est mors que fur dicitur ꝑpter improuisum aduentū vt patet Apoc. iij. Ueniam tibi tanq̄ fur[vigilaret vtiq̄] ne i peccato mortali moriatur: q: mors peccatoꝝ pessima[ꝛ nō sineret perfodi domum suam] Hor. i. cum violētia animā a corpore retrahi: sed spōte exire. vñ Criso. Quādo aie peccatrices in corpore quasi in proprio domicilio delectantur: veniens cū sententia dei angelus mortis ꝑfodit corpus ꝛ aiaꝫ violēter auellit. Anime autem iuste que quasi in exilio ibi sunt veniente sentētia nō ꝑfodiunt: sed reuertunt gaudentes[Jdeoq̄ et vos estote parati] scilꝫ sine macula cordis[q: qua hora nō putatis filius hoīs vēturus est] Horra. scꝫ ad iudiciū particulare in morte[q̄s putas est fidelis seruus ꝛ prudēs: quem ꝯstituit dominus super familā suā] scꝫ in officiū sui susceptione[vt det illis cibuꝫ in tempore] Hor. triplicē cibum. verbi: exempli: ꝛ temporalis subsidij: vel scd̄m lyra. vt det illis cibum in tempore id est auxilium ad quod quilibet tenet. Unde Eccle. xvij. Cuilibet mādauit deus de ꝓximo suo[beatus ille seruꝰ queꝫ cum venerit dn̄s eiꝰ] Ly. querens in morte rationeꝫ sui seruitij[inuenerit sic facientem] Lyra. in actibus charitatis se exercentem: quia per talia meretur eternam beatitudinem. [Amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum] quia beatitudo est status omniū bonorum aggregatione perfectus: vt dicitur in li. de cōso. philosophie. Horra. Bona p̄sentia sunt particularia ꝛ imperfecta sed bona celestia sunt bona ꝯmunia ꝛ ꝑfecta. Nūc enī ex parte cognoscimꝰ: ex parte diligimus: sꝫ tunc in futuro perfecte ꝛ cetera.

Expliciūt euangelia de ꝯfessoribꝰ.

¶ Incipiunt euāgelia de virginibus secundum Matheum. xiij. capitulo

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulꝭ suis parabolam hāc. Simile est regnū celorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit: ꝛ pre gaudio illiꝰ vadit ꝛ vēdit vniuersa q̄ habet ꝛ emit agrumillum. Iterum simile est regnuꝫ celorū homini negociatori q̄renti bonas margaritas: inuenta autem vna ꝑciosa margarita abijt ꝛ vēdidit vniuersa que hꝫ ꝛ emit eam. Iteruꝫ simile est regnū celoꝝ sagene misse in mare ꝛ ex oi genere pisciū cōgregāti quaꝫ cū impleta esset: educentes ꝛ secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. Sic erit in ꝯsummatione seculi. Exibūt angeli ꝛ separabūt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dētium. Intellexistis hec omnia. Dicunt ei. Etiaꝫ. ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera.

¶ Postilla.

¶ Simile est regnum celorū Math. xiij. Hystoria huius euāgelij facta est in apuli āno christi. xxxiij. īdictione. vi. Ante initium illius euangelij scribit sanctus matheus in eod ca. q̄ christus dixit Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Tūc

postmodū sequitur euangeliū hodiernū [Simile est regnū celoꝝ thesauro abscondito in agro] Hor. ad laudē virginū exponit parabola ista. Sic thesaurus in agro est virginitas in carne. ij. Corinth. iiij. habemus thesaurū istum in vasis fictilibus. Unde Augusti. Facite quod potestis ne virginitatis bonum a vobis pereat: cui facē non potestis vt redeat. Uel scḋz Grego. Thesaurus est celestis regni desideriū [quem q̄ inuenit homo abscōdit et pre gaudio illi⁹ vadit] Hor. pedibus mentis ipm̄ affectando. s. [ꝛ vendit vniuersa que hꝫ] scꝫ tpalia cōtemnēdo: vt patet Math. xix. Si vis perfectus esse vade et vende oīa que habes et da pauperib⁹ [et emit agrū illum] Hor. totaliter celestibus inhiādo. [Iterū simile ē regnū celoꝝ homi negaciatori querenti bonas margaritas] id ē dulcedinē vite celestis [Inuenta autē vna preciosa margarita] Hor. id est xp̄o: ꝛ scḋm hoc xp̄s dicit margarita. Sicut enim nascit margarita ex rore celesti cōcha maris se aperiēte, sic xp̄us virtute spiritussancti in maria consentiente. Isa. xv. Rorate celi desup et nubes pluant iustū aperiatur terra ꝛ germinet saluatorē [abijt ꝛ vendidit omnia que habuit] Hor. p conceptū terrenorū: ad phi. iij Omnia arbitror vt stercora vt xp̄ꝫ lucrifaciā [et emit] per conatū ꝛ desiderium eternoꝝ: vt pꝫ philip. i. desideriū habēs dissolui et esse cum xp̄o [Iterū simile est regnū celoꝝ] Ly. id est stat⁹ ecclesie militantis [sagene misse ī mare] Hor. id est doctrine diuulgate in mundum [et ex omni genere pisciū] Hor. id est hominum [congreganti] scꝫ bonorū et malorum: pauperuꝫ et diuitum iuuenum et senum [quam cum impleta esset] Hor. quod erit in fine seculi: quādo implebit numer⁹ electoꝝ [et educentes ꝛ secus litt⁹ sedentes elegerunt bonos in vasa sua: malos aūt foras miserunt. Sic erit ī consummatione seculi] Ly. sicut enī nō distinguunt boni pisces a malis q̄diu sagena ē intra aquā: sic ī ecclia admixti sunt mali cū bonis: sed ī fine mūdi sagena trahet ad litt⁹ p aptuꝫ iudiciū. q: tunc erunt manifesta abscondita cordiū. ꝛ tūc scꝫ ī iudicio [exibunt angeli et separabunt malos de medio iustoꝝ: et mittent eos in caminum ignis. ibi erit flet⁹ et stridor dentium] fletus. s. ꝓpter ardorē. ꝛ stridor dentiū ꝓpter frig⁹ [Intellexistis hec oīa] Ly. q. d. ad vos ꝑtinet ītelligere qui alios debetis docere viā salutis. [Dicunt ei etiā. Ait illis. Ideo omīs scriba] vn̄ Aug. Apostoli sunt scribe et notarij xp̄i: verbum dei signantes in tabulis cordis [doctus]. i. litterat⁹ ꝛ a deo inspiratus [in regno celoruꝫ] id ē in ecclia militante [similis est homini patrifamilias] Ly. quia sicut paterfamilias habet pascere filios pane corporali sic iste paruulos; in fide pane spirituali [q̄ ꝓfert de thesauro suo] Ly. i. de sciētia ī corde abscōdita [noua ꝛ vetera] id est auctoritates et processus veteris et noui testamenti.

¶ Aliud euāgeliū de virginibus ſm Matheum. xxv.

In il. tē. Dixit iesus discipu. su. parabolā hāc. Sile ē regnū celorū decē virginib⁹: q̄ accipiētes lāpades suas exierūt obuiā spōso et spōse. Quinqꝫ aūt ex eis erāt fatue: et quinqꝫ prudentes. Sꝫ quinqꝫ fatue acceptis lāpadibus non sumpserūt oleū secum. Prudentes vero acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus Moram aūt faciente sponso dormitauerūt oēs et dormierunt. Media aūt nocte clamor factus est. Ecce spōsus

venit: exite obuiam ei. Tūc
surrexerūt oēs virgines ille
et ornauerūt lāpades suas.
Fatue aūt sapientibus dixe
runt. Date nobis de oleo ve
stro: qꝛ lāpades nostre extin
guūt. Rūderūt prudētes di
centes. Ne forte nō sufficiat
nobis ⁊ vobis ite potius ad
vendentes et emite vobis.
Dum aūt irent emere venit
spōsus ⁊ q̄ pate erāt intraue
rūt cū eo ad nuptias: ⁊ clau-
sa ē ianua. Nouissime veniūt
et relique virgines dicētes.
Dn̄e domīe aperi nobis. At
ille rn̄dens ait. Amē dico vo
bis: nescio vos. Uigilate ita
qꝫ: qꝛ nescitis diē neqꝫ horā.

¶ Postilla.

¶ Simile est regnū celorum
decem ⁊c. Math. xxv. Hystoria huius
euang. facta est anno xp̄i. xxxiij. xi. kal
len. aprilis feria tertia luna. xij. īditio
ne. vi. Añ initiū illius euangelij scri-
bit sanctus matheus in. xxiiij. ca. Si
eni malus seruus dixerit ī corde suo:
morā facit dn̄s meᵘ venire ⁊ ceperit
pcutere cōseruos suos māducet aūt
et bibat cū ebrijs. Ueniet dn̄s serui il
lius in die qua non sperat: hora qua
ignorat et diuidet euꝫ scꝫ separando
aīam a corpore in morte ipsius: p̄teꝗ
eius ponet cum ypocritis id est cum
falsis christianis separando eū a bea
tis et coniūgendo ip̄m cum damna-
tis: ibi erit fletᵘ ⁊ stridor dentiū. Tūc
statim sequitur euāg. hodier. Simile
est regnū celoꝝ decem virginibᵘ Ly.
id est ecclesia militans q̄ntum ad statū
contemplatiuū [decem virginibus]
id est contemplatiuis. Ly. virginitas
eni significat vitam contēplatiuā: qꝛ
sicut castitas eleuat mentem a carna
libus et disponit intellectū ad contē-
plationē veritatis. sic ecōtrario luxu-
ria deprimit mentē et causat habitu
dinē intellectus: sic reddit hoiem be-
stialem ꝑpter quod dr̄ in Ethi. Uita
voluptuosa vocat̄ vita pecudū [q̄ ac-
cipiētes lāpades suas] Hor. acceptio
lampadū est ostēsio operū: vt sint alijs
in exemplū [exierūt obuiā sponso]. i.
xp̄o [et sponse]. i. ecclesie [Quinqꝫ aūt
ex eis erant fatue ⁊ q̄nqꝫ prudentes]
Ly. virgines eni prudētes sunt ꝯtem
platiui seu religiosi q̄ opera sua bōa
ad finem debitū ordinant. s. principa
liter ad gloriā dei ⁊ ad salutē ꝓpriaꝫ
et ad edificationē ꝓximi. Econtrario
fatue virgines dicuntur q̄ ꝓpriā glo
riam et fauorē hoim querunt in suis
bonis operibus: ⁊ merito dicūtur fa-
tue virgines: quia bona opa sua per
dunt ꝑpter defectum intentionis re-
cte [sed quinqꝫ fatue acceptis lāpadi
bus] Hor. i. operibus de genere bono
rum [non sumpserunt oleuꝫ secum]
ī quo signat̄ charitas. Sicut eī oleū
natat super omnes liquores: sic cha-
ritas super omnes virtutes [Prudē
tes vero sumpserunt oleū secū in va
sis suis] id est charitatē [cū lāpadibᵘ]
id est cum operibus suis. q. d. ex cha-
ritate pfecerūt opera sua bona [Mo
ram autem faciente sponso dormita
uerunt omnes ⁊ dormierunt] Mora
ista est decursus temporis ab ascen
sione xp̄i vsqꝫ ad diem iudicij. quod
tēpus ꝑpter longitudinē vocat̄ mora
Ita eni durauit p mille quadringen
tos et nonagintasex annos. ⁊ residuū
est nobis incertū. In hoc aūt tp̄is in-
teruallo moriunt̄ omēs hoies tā bo-
ni q̄ꝫ mali. que q̄dem mors designat̄
hic per dormitionem: quia ita facile
excitabuntur a morte per christuꝫ ad
iudiciū venientem sicut homo exci-
tat alium hoiem dormientē [Media
aūt nocte] Ly. non intelligitur p hoc
q̄ iudicium extremuꝫ sit celebrandū
de nocte: sꝫ de die sicut dicit apostolus
i. Corinth. iij. Dies dn̄i declarabit ⁊c.

Sed quia temp⁹ iudicij est nobis oc-
cultum. ideo hic signat per mediam
noctē. quia illa que fiunt media no-
cte sunt hominibus occulta [clamor
factus est] Ly. i. vox xpi vel angelorum
ad vocandū mortuos ad iudiciū [tūc
surrexerunt omēs virgines ille] Ly.
quia omēs resurgent boni et mali vt
appareant in iudicio xpi [et ornauerūt
lampades suas] Hor. i. apud se cogi-
tauerūt opera sua pro quibus remu-
nerationē expectabant: vn̄ Grego.
Ornant lampades: quia apud se sua
opera numerant pro quibus eternā
beatitudinē recipere sperauerūt [Fa-
tue aūt] scz virgines [sapientibus di-
xerunt. Date nobis de oleo vestro: q̄r
lampades nostre extinguuntur] Ly.
ista petitio vana est responsio negati-
ua signans q̄ nullus poterit ad aliū
q̄tumcunq̄ iustū recurrere pro auxi-
lio nec aliquis q̄tumcunq̄ iustus po-
terit alium iuuare. sz sibi soli sufficiet
iustitia sua. Unde Hiero. In futuro
vnusquisq̄ pro operibus suis merce-
dem accipiet. Nec possunt in die iudi-
cij aliorum virtutes aliorū vitia sub-
leuare. Et hoc est quod subditur [ne
forte non sufficiat nobis et vobis. ite
potius ad vendentes et emite vobis]
Unde Ambro. Uendunt oleum qui
adulando animas in errorem mittunt.
De quo dicit in ps. cxl. Oleum autē
peccatoris nō impinguet caput meū
rc. [Dum autem irent emere venit
sponsus] Lyr. christus ad remunera-
tionem bonorum [et que parate erāt]
Ly. per bona opera i charitate facta
[intrauerunt cum eo ad nuptias] id
est ad celestem gloriam [et clausa est
ianua] Hor. ianua iquit misericordie
ad indulgendum: que mō omnibus
aperitur. Janua glorie ad intrādum
que modo oībus penitētibus reserat
[Nouissime]. i. nimis tarde [veniunt
et relique virgines dicentes. Domi-
ne dn̄e aperi nobis] ly. per hoc q̄ vo-
cant eū dn̄m significat q̄ crediderūt
in xpm. Sed quid prodest ore inuoca-
re si opere neges [At ille respondēs
ait. Amē dico vobis: nescio vos] Ly.
scz noticia approbationis qua soli ele-
cti a deo cognoscunt [Uigilate itaq̄]
Hor. scz anteq̄ veniat sponsus [quia
nescitis diem neq̄ horam] scz mortis
vestre.

¶ In festo corporis xpi euā-
geliū scdm Johannē. vi.

In illo tempe. Dixit
iesus turbis iudeorum
Ego sū panis viu⁹
qui de celo descēdit. Si quis
manducauerit ex hoc pane
viuet ineternum. Et panis
quem ego dabo caro mea est
pro mundi vita. Litigabant
ergo iudei adinuicem dicen-
tes. Quomodo pōt hic dare
nobis carnem suam ad man-
candum? Dixit ergo eis ie-
sus. Amen amen dico vobis
nisi manducaueritis carnem
filij hominis et biberitis ei⁹
sanguinem non habebitis vi-
tam in vobis. Qui mandu-
cat meam carnē et bibit me-
um sanguinem habet vitam
eternam et ego resuscitabo
eum in nouissimo die.

¶ Postilla.

¶ Ego sū panis viuus q̄ de
celo descendit rc. Johan. vi. Hec ver-
ba sancti euangelij de seipso locutus
est dominus iesus christus anno ei⁹
xxxij. xvi. kalē. maij. feria tertia. luna
xxiiij. indictione. v. Ante initium illi⁹
euāgelij scribit sctūs iohānes in eo.
capitulo q̄ iudei murmurabant de
illo q̄ christus dixit. Ego sum panis
viuus qui de celo descendit. et dice-
bāt. Nōne hic eñ iesus filius ioseph

cuiꝰ nos nouimꝰ prẽz ꝛ matrẽ. Quõ ergo dicit hic qꝛ de celo descẽdit. Rñ dit eis iesus et dixit. Nolite murmurare ĩuicẽ nemo pt venire ad me: nisi pater q̃ misit me traxerit illuz. Tunc postmodũ seqtur euã. hoð. [Ego suz panis viuꝰ] Tho. viuificãs comedentem. Iste enĩ cibus siue panis in mãducantẽ nõ ꝯuertit: sꝫ eũ ĩ se ꝯuertit sicut dictũ est a beato aug. Nec tu me mutabis ĩ te sicut cibũ carnis tue sꝫ tu mutaberis ĩ me [q̃ de celo descendit] Tho. vt essem panis hoĩm q̃ erã panis angeloꝝ. vñ in. ꝑs. lvij. Panez angeloꝝ mãducauit hõ [Si q̃s mãducauerit ex hoc pane viuet ĩeternuz] in pñti ꝑ gratiã ꝛ in futuro per gl̃iaz [et panis quẽ ego dabo caro mea est ꝓ mũdi vita] Tho. bñ dicit ꝓ mundi vita: qꝛ vtilitas huius sacramenti est non solũ ĩpius sumẽtis et celebrãtis sꝫ cõmunis totius ecclesie: qð nõ ꝯtingit in aliȷ̃s sacramẽtis: nã baptismus solũ ꝓdest suscipiẽti: eucharistia vero non solũ celebrãti: sꝫ etiã oĩbus pro q̃bus orat et q̃ sunt de corpore ecclesie siue sint viui siue defuncti. Et rõ est: qꝛ in aliȷ̃s sacramẽtis cõtinet virtꝰ et efficatia verbi ĩcarnati. h aũt ꝯtinet ĩpe xp̃s fons et plenitudo sanctitatis et ideo plus oñdit se virtus eiꝰ [Litigabant ergo iudei adinuicẽ dicentes Quõ põt hic nobis dare carnẽ suam ad mãducandũ] Tho. litigatio erat de hoc ꝙ carnẽ suã panẽ dixerat. Intelligebant enĩ ꝙ caro sit dẽtibus lacerãda. ꝛ ideo reputabant hoc ĩpossibile et incõueniẽs [Dixit ergo eis iesus. Amẽ amẽ dico vobis: nisi mãducaueritis carnẽ filȷ̃ hoĩs] Ly. Sicut enĩ in vita corꝑali cibꝰ est necessariꝰ ad vitã cõseruandã: ita in vita sp̃uali hoc sacramentũ est necessariuz: qꝛ est vite sp̃ualis conseruatiuũ: qꝛ sicut baptismꝰ est q̃dam regeneratio sp̃ualis ita eucharistia ẽ quedã sp̃ualis nutritio [ꝛ biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis] Lyr. non est intelligendum ꝙ hoc sacramentum sub vtraqꝫ specie fidelibus sit exhibendum: sꝫ tantum hoc modo a sacerdotibus est sumendũ. lꝫ enĩ in primitiua eccl̃ia ꝑpl̃s sub vtraqꝫ specie cõmunicarꝫ: tñ postmodũ ꝓuide ordinatũ est vt ꝑplus non cõmunicet sub sp̃e vini ꝓpter periculum effusionis Et etiã qꝛ scðm beatũ Tho. de aquino in. iiij. di. x. ꝓpter naturalẽ cõcomitãtiam sub vtraqꝫ sp̃e. s. panis ꝛ vini est totus xp̃s. Ergo q̃ cõmunicat corpori cõicat ꝛ sanguini: cũ sub vtraqꝫ sp̃e totus xp̃s continet. s. scðm corpꝰ aiãz ꝛ deitatẽ [Qui manducat meã carnez et bibit meũ sanguinẽ] supple digne [habet vitã eternã] quia hꝫ deũ inhabitantez: qui est vita eterna [ꝛ ego resuscitabo eũ in nouissimo die] Tho. q̃tum ad gloriã corꝑis.

¶ Sequitur euãgeliũ ꝓ defũctis quod legitur presente funere aut ĩ depositõe defũctorum ſm Johãnem. xi. ca.

In illo tẽpore. Dixit martha ad iesũ. Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuꝰ: sed et nũc scio qꝛ quecũqꝫ poposceris a deo dabit tibi deꝰ Dixit ei iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio qꝛ resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sũ resurrectio et vita: qui credit in me etiã si mortuus fuerit viuet: et oĩs qui viuit ꝛ credit ĩ me nõ morietur ĩeternũ. Credis hoc. Ait illi. Utiqꝫ dñe: ego credidi qꝛ tu es xp̃us filiꝰ dei viui qui in hunc mundum venisti.

Postilla.

¶ Dixit martha ad iesũ. dñe

si fuisses hic. Joh. xi. Hystoria huius euãg. facta ẽ anno xp̄i. xxxiij. v. ydus martij. feria. vi. luna. i. inditõe. v. Añ initiũ illi⁹ euãge. scribit sanct⁹ iohã= nes i eo. c. ꝙ xp̄s dixit discipulis suis Lazar⁹ mortu⁹ ẽ: ⁊ gaudeo ꝓpṫ vos vt credatis qꝛ non erã ibi sꝫ eam⁹ ad eũ. Uenit itaq; ies⁹ ⁊ iuenit eũ q̃ttuor dies in monumento hñtez. Tũc seq̇ṫ euã. illõ [Dixit martha ad iesũ. Dñe si fuisses hic fraṫ me⁹ nõ fuisset mor tuus] Tho. q. d. Tu es fons vite ergo mors nõ habuisset locuꝫ in p̄ñtia tua [sꝫ ⁊ nunc scio] lꝫ frater meus sit mor tuus et sepult⁹: fide certa teneo [qꝛ q̃ cũq; poposceris a deo dabit tibi de⁹] q. d. poteras repellendo mortẽ vitam ꝯseruare: potes ⁊ vitã ꝑditã restaura re. vñ Aug. Nõ dixit: rogo te vt resu scites frẽm meũ. non eni scìebat si re surgere fratri suo vtile erat [Dixit ei iesus. Resurget frater tuus] Ly. sꝫ il la intellexit hoc de resurrectione fu= tura in fine mũdi. ideo seq̇ṫ [Dixit ei martha. Scio qꝛ resurget in resurre ctione i nouissimo die] Tho. q. d. scio resurrectionẽ generalẽ oĩm hoĩm fu turã et nescio vtrũ de illa generali lo queris vł de speciali fratris mei. scie bat autem de doctrina xp̄i: qꝛ scd̄m Crisost. A christo de illa generali re surrectione audiuit. vel etiã qꝛ ex scri pturis legis ⁊ ꝓphetarũ de illa gñali resurrectione edocta fuerat [Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita] id est cã resurrectiõis q̃tum ad corp⁹ et vita q̃tum ad aĩam [Qui credit i me] q̇ sum vita [etiã si mortu⁹ fuerit] p pctm̄ in aĩa [viuet] scꝫ vita grẽ i p̄ñ ti [⁊ omnis qui viuit ⁊ credit i me nõ morietur in eternuꝫ] Tho. ⁊ si moriaṫ morte corpis q̃ est mors gehẽne [Cre dis hoc] Aug. christus sciẽs fidẽ ipi⁹ confessionez eius requirit. et hoc ad meritum salutis Roma. x. Corde cre ditur ad iustitiam: ore autem confes= sio fit ad salutem. [Ait illi vtiq; dñe] supple omnia credo [ego credidi qꝛ tu es xp̄us filius dei viui] Ly. scꝫ na= tur alis [qui in hunc mundum veni= sti] scꝫ per carnis assumptionem.

¶ Aliud euãgeliũ pro defun ctis secũdũ Johãnẽ. v.

In illo tpe. Dixit ie= sus discipulis suis. Amẽ amẽ dico vobis quia venit hora et nũc est qñ mortui audient vocẽ filii dei et qui audierit viuẽt. Sicut eñ pater habet vitã in semet ipso sic dedit et filio vitã ha= bere in semetipso. Et ptãtez dedit ei iudiciũ facere: qꝛ fili us hoĩs est. Nolite mirari hoc: qꝛ venit hora i qua oĩs qui i monumentis sunt audi= ent vocẽ eius: et procedent q̇ bona fecerunt in resurrectio neꝫ vite. Qui vero mala ege runt i resurrectionez iudicii.

Postilla.

¶ Amen amẽ dico vobis: qꝛ venit ⁊c. Joh. v. Hec et sequẽtia euã gelia iuxta hystorias suas dicta sunt a dño iesu xp̄o ãno ei⁹. xxxij. xvij. kaḱ. Maij. feria. iij. luna. xxiiij. inditiõe. v. Ante initiũ illi⁹ euãgelij scribit san= ctus iohannes in eodẽ ca. ꝙ ipse pa= ter diligit filiũ. ⁊ omnia demõstrat ei que ipse facit. ⁊ maiora his demõstra bit ei oꝑa ⁊ vos miramini pre magni tudine. q. d. vos miramini ꝙ sanaui paraliticũ qui habuit. xxxviij. annos in infirmitate sua. sꝫ maiora faciam: quia suscitabo mortuos. Tunc post= modum sequitur euangeliũ hodier= num [Amẽ amẽ dico vobis: quia ve nit hora] scꝫ in fine mundi [et nũc ẽ] scꝫ etiam in presenti [quando mortui audient vocem filij dei] Ly. qꝛ ad vo cem filij aliqui in p̄ñti sunt resuscita ti: vt filius vidue. vt patꝫ Math. ix. et

etiam lazarus: vt pz Johã.xi. Sed in futuro ꝛ in fine mundi omnes resurgent et transibunt de morte ad vitam Unde apostolus.i. Corinthi.xv. Oēs quidē resurgemus [Sicut enī pater habet vitam in semetipso] Hor. scilz per essentiam [sic dedit et filio vitam habere in semetipso] per essentiam. ꝛ in hoc xp̄us ostendit equalitatez sui cum patre [et potestatē dedit ei iudicium facere] scz inq̄tuz homo [quia filius hominis est] ly. scz ab omnib⁹ visibilis ī iudicio bonis ꝛ malis [Nolite mirari hoc. q: venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius] hoc fit in generali resurrectione omniuz hoīm quando omnes resurgent ad vocem eius id ē ad imperium eius. Uñ ps. lxvij. Dabit enim voci sue vocem virtutis [et p̄cedent qui i bona fecerunt in resurrectionem vite] ly. hoc additur ad denotandū q̄ fides sine operib⁹ nō sufficit ad salutem [Qui vero mala egerunt] Tho. i. mala acta per penitentiam non emendauerunt [in resurrectionem iudicij]. i. in eternā dānationem: vt patz Math. xv. Ibunt hi in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam.

¶ Aliud euāgeliū pro defunctis s̄m Johannem. v.

In illo tempore. Dixit iesus discipul' suis et turbis iudeorū Sicut enī pater suscitat mortuos et viuificat: et fili⁹ quos vult viuificat. Neqz enim pater iudicat quemq̄z: sed omne iudiciuz dedit filio: vt omnes honorificent filium sicut honorificāt patrem. Qui nō honorificat filium non honorificat patrem qui misit illū. Amē dico vobis: q: q̄ verbū meuz audit et credit ei q̄ me misit habet vitam eternam. et in iudicium non venit: sed transit a morte in vitam.

Postilla.

¶ Sicut enim pater suscitat mortuos ꝛc. Johā. xv. Ante initium huius euāgelij scribit sanctus iohānes in eodem cap̄. q̄ Jesus sanauit quendam infirmū qui habuit. xxxviij annos infirmitate sua propterea sequebantur eum iudei quia hec faciebat. Jesus aūt rn̄dit. Pater meus vsq̄ modo opatur et ego operor. Propterea ergo magis querebant eū iudei interficere quia non solum soluebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum: equalem se faciens deo. Tunc postmodū sequitur euangeliū illud [Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat] Ly. quod est diuine virtutis [sic et filius quos vult viuificat] scz per potentiā ei equalez. vnde i. Regum. ij. Dominus mortificat et viuificat ꝛc. Item Deute. xxxij. Ego occidam ꝛ ego viuere faciam [Neqz enim pater iudicat quēq̄] Ly. s. seorsum a filio cum sit eorum vna operatio [sed omē iudicium dedit filio] vt pz Act. x. Ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum [vt omnes honorificent filiū sicut honorificant patrem] Tho. sicut enim pater et filius sunt equales in auctoritate et potestate: sic debēt esse equales in gloria et honore [Qui non honorificat filium: non honorificat patrez qui misit illum] Hor. Ratio quare pater vult filiū honorari: quia honor filij est honor patris et econuerso [Amē amē dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit ei qui me misit] Ly. fide formata [habet vitam eternam] Ly. scz causaliter: quia habet gratiam que facit eum dignum vita eterna [et in iudicium nō venit] scilicet condēnationis [sed transit a

morte] Forr. id ē de presenti vita que mors est [in vitam] Ly. quia oportet soluere debitum nature vt veniat ad vitam glorie.

¶ Aliud euangelium pro defunctis secundum Johannē vi. ca.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eijciam foras: qr descēdi de celo non vt faciam voluntatem meā: sed voluntatem eius qui misit me. Hec est enim voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec ē autem voluntas patris mei qui me misit: vt omis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam: et ego resuscitabo eum ī nouissimo die.

¶ Postilla.

¶ Omne quod dat mihi pater ad me veniet etc. Johan. vi. Ante initium illius euangelij dixit iesus discipulis suis. Ego sum panis vite: qui venit ad me non esuriet: et q̄ credit in me non sitiet vnq̄. Tunc sequitur euangelium illud [Omne quod dat mihi pater ad me veniet] per fidem formatam. Nam fides est fundamentum omnium meritorum [et eum qui venit ad me] Tho. id est ad fidem et gratiam meriti [non eijciam foras] id est nunq̄ subtraham ei gratiam nec amicitiam ab ipo diuidam dummodo ipse per peccatum gratiā meam non expellat [quia descēdi de celo] id est naturam humanā assumpsi [non vt faciam voluntatē meam: sed voluntatem eius qui misit me] Tho. Ecce per omnia voluntatē humanā subiecit volūtati diuine. Mat. xxvi. Non mea voluntas: sed tua fiat [Hec est autem voluntas eius q̄ misit me patris: vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo] Ly. quia et si talis predestinatus aliquando cadit in peccatum mortale: finaliter tamē resurget. Unde Ambrosi⁹. Certus sum q̄ deus nullum electorum suorum cadere permitteret: si eum meliorem a casu suo resurrecturū non sensisset. [sed resuscitē illud in nouissimo die] Tho. scz de morte ad gloriosam vitā [Hec est autem voluntas patris mei qui me misit: vt omis qui videt filiū] Tho. sic passibilem et mortalem et cū hoc miracula facientem [et credit in eum] id est adheret ei sicut vni vero deo per miracula ductus ad fidem [habeat vitam eternam] Ly. si perseueret quod est infallibiliter verū in predestinatis de quib⁹ christus hic loquit̄ [et ego resuscitabo eum ī nouissimo die] quo ad corpus vt simul gaudeat in corpore et anima.

¶ Postilla euangeliorum dominicalium necnō de sanctis finit feliciter.

¶ Epistolarum de tempore et sanctis liber incipit.

¶ Dominica prima in aduētu domini ad Roma. xiij. ca.

Fratres. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc autem ppior est nostra salus q̄z cum credidimus. Nox precessit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum: et induamur ar=

ma lucis sic vt in die honeste ambulemus. Non in cõmes=sationibus et ebrietatibus: non in cubilibus et impudi=citijs. Non in contẽtione et emulatione: sz induimini do minũ iesum xp̄m.

¶ Postilla.

¶ Frẽs. Scientes qꝛ hora ẽ tam nos de somno surgere. Uerba ꝓ posita originaliter ad Ro. xiij. c. sunt scripta i epl̄a hodierna lectionaliter recitata. Añ initium illiꝰ epl̄e scribit sanctus paulus i eodẽ c. dicẽs. Nemi ni quicꝙ debeatis nisi vt iuicem dili gatis. Qui enĩ diligit primũ legẽ im pleuit. Post hec sequitur epl̄a hod. Scientes quia hora est ⁊c. Ubi scien dum ꝙ epl̄a hodierna ⁊ euãgeliũ ho diernũ concordant: qꝛ in euãgelio in timatur nobis aduentꝰ regis celestis sic in epl̄a monet nos apostolꝰ paulꝰ vt ꝑparemus nos ad aduentuz tanti regis dicẽs [Fratres] Ubi nota ꝙ sã=ctus paulus apl̄s cõiter in epl̄is suis ꝑmittit fratres. Et rõ est ista qꝛ i suis epl̄is nititur hoĩes inducere ad amo rem fraternitatis. Etiã p̄ntem epl̄az scribit romanis. Et romani sunt qui in ꝑtibus italie de iudeis ⁊ gentibus cõuersi sunt ad fidem per doctrinam ip̄ius apl̄i. Unde scribit ip̄is ꝑ Timo theũ discipulũ suũ a corinto ciuitate que est in achaya dicẽs [Scientes qꝛ hora est]. s. in tp̄e gratie [iã nos de sõ no surgere] Lyra. de ocio surgere ad opa caritatis. Gre. Caritas opaꝛ ma gna si est: si aũt opari renuit caritas nõ est [nunc aũt]. i. tp̄e gratie [ꝓpior est nostra salus] Ly. qꝛ per xp̄z ianua celestis est aperta: que tp̄e legis erat clausa: ideo subdiꝛ [ꝙ cũ credidimꝰ] id ẽ plus ꝙ ante aduentũ xp̄i tũc enĩ sciebant se patres antiqui descensu=ros ad limbuz. Uñ patriarcha iacob dixit Geñ. xxxvij. Descendam ad filiũ meũ lugens i infernũ ⁊c. [nox preces sit] Ly. i. obscuritas figurarum vete=ris legis [dies aũt appropinquauit] id ẽ claritas veritatis reuelata ẽ i no ua lege [abijciamꝰ ergo opera tene=brarũ] Ly. i. pctã que ad tenebras du cunt. Math. xxij. [⁊ induamur arma lucis]. i. virtutes q̄ illuminant mentẽ ⁊ finaliter ad vitam eternam ꝑducũt [sic vt in die] Ly. iudicij extremi [ho neste ambulemus] scz ad gloriã [Nõ] scilz ãbulemus [in cõmessationibus] scz vitando peccata gule [⁊ ebrietati=bus]. i. potationibus imoderatis [nõ in cubilibus] Gor. i. pigritijs dormiẽ=tium [et ipudicitijs]. i. luxuriosis acti bus qui ꝓueniũt ex sup̄fluitate cibi et potus et somni [nõ in contẽtione] scz q̄ vnꝰ contendit cõtra aliũ [⁊ emu latione] Gor. quo vnus alteri inuidet de sua ꝓsperitate [sz induimini dñm iesum xp̄z] Ly. s. imitando sanctitatẽ cõuersationis sue. Quia scd̃m Aug. non est verus xp̄ianus qui non imi=tatur vestigia xp̄i.

¶ Dñica secũda in aduentu domini ad Roma. xv. c.

Fratres. Quecũꝗ scripta sunt ad no=strã doctrinã scri=pta sunt: vt ꝑ patientiã et cõ solationẽ scripturaꝝ spez ha beamꝰ. Deus aũt patiẽtie ⁊ solatij det vobis idipsum sa pere i alterutrũ scd̃z iesũ xp̄z vt vnanimes vno ore hono=rificetis deuz ⁊ p̄rem dñi no stri iesu xp̄i. Propter quod suscipite inuicem sicut ⁊ chri stus suscepit vos in honorez dei. Dico enim christum ie=sum ministrum fuisse circun cisionis propter veritatem dei ad confirmandas pro=missiones patrum. Gentes

autez sup mia honorare deũ
sicut scriptũ est. Propterea
cõfitebor tibi in gẽtibꝰ: ⁊ no
mini tuo cãtabo. Et iterũ di
cit. Letamini gentes cũ ple=
be eiꝰ. Et iterꝝ. Laudate om
nes gẽtes dñm: ⁊ magnifica
te eũ oẽs ppli. Et rursus ysai
as ait. Erat radix iesse ⁊ q̃ ex
urget regere gẽtes in eũ gẽ=
tes sꝑabũt. Deus aũt spei re
pleat vos oĩ gaudio et pace
in credendo: vt abũdetis in
spe ⁊ virtute spũssancti.

¶ Postilla.

¶ Fratres. Quecunq̃ scp̃ta
sunt ad nostrã doctrinaz scripta sunt
Ro. xv. Ante initiũ illius ep̃le scribit
sanctus paulus in principio illius ca
pituli dicẽs. Debemus aũt nos firmi
ores imbecillitates infirmorꝝ sustine
re ⁊ nõ nobis placere. Post hoc seq̃=
tur ep̃la hodierna [Quecũq̃ scripta
sunt ⁊c.] Concordant ep̃la ⁊ euange=
lium: q: in euãgelio hodierno agitur
de aduentu xp̃i ad iudiciũ: vbi quedã
ad terrorẽ malorꝝ quedã ad cõsolatio
nẽ bonorꝝ tangunt. Sic etiã ap̃lus in
ep̃la hodierna adducit sacram scrip=
turã que hoĩem ad p̃parandũ se ad
ipsum aduentũ dirigit ⁊ informat di=
cẽs [Quecũq̃ scripta sũt] Hor. de do=
mino nostro iesu xp̃o ĩ diuinis libris:
⁊ etiã de sanctis veterꝭ testamẽti sicut
de iacob ⁊ de thobia: ⁊ etiã de sanctis
noui testamẽti scz de apostolꝭ: de mar=
tyribus: ⁊ de aliis sanctis [ad nostraz
doctrinam scripta sunt] quia omnis
scriptura diuinitus inspirata vtilis ẽ
ad docendũ. ij. ad Ty. iij. [vt per pati=
entiam] scz in aduersis [⁊ consolatio=
nem scripturarum] id est consolatio=
nem quam dant scripture. Consolan
tur eñi nos scripture in incolatu vite
presentis [spem habeamꝰ] scilicet de
beatitudine eterna que ex scripturis
ꝓmittitur [Deus autem patientie]. i.
deus qui est dator patientie in aduer
sis [⁊ solatij]. i. cõsolatõis post tribula
tionẽ: q: ipe consolat̃ nos in omni tri
bulatione nostra Corꝝ. i. [det vobis id
ipsum sapere] id est sentire [in alter=
utrũ]. i. cõformiter [scd̃m iesum xp̃z]
id est scd̃m doctrinã iesu xp̃i [vt vna=
nimes]. i. eadẽ voluntate [vno ore] id
est eadẽ vocis ꝯfessione [honorificetꝭ
deũ et patrẽ dñi nostri iesu xp̃i] Lyr.
q̃tũ ad vnitatez opis: q: fides sine o=
peribus mortua est Jacobi. ij. [ꝓpter
qd̃ suscipite inuicẽ] scz ĩfirmos ad cõ=
solandum [sicut ⁊ ipse] scz xp̃s [susce=
pit vos] ĩfirmos [in honorẽ dei]. i. vt
in nobis honorificetur deus [dico eñi
iesum christũ ministrũ]. i. p̃dicatorez
[fuisse circũcisionis] p̃dicãdo iudeis
circũcisis ideo ipse xp̃s dixit Math.
xv. Nõ sum missus nisi ad oues q̃ pe=
rierunt domus israel [ꝓpter verita=
tem dei] Aug. i. vt deus verax habea=
tur [ad cõfirmandas ꝓmissiones pa=
trum factas ipsis: quia iudeorum as=
sumptio ad fidem ⁊ ad salutez fuit ex
debito per promissionẽ patribus corꝝ
factã Luce. i. Sicut locutus est ad pa
tres nostros abrahã ⁊ semini eius in
secula [gentes aũt] id est pagani sup=
ple dicunt [honorare deũ super mia]
eis exhibita sine p̃cedente ꝓmissiõe:
q: gentiũ assumptio ad fidẽ ⁊ salutez
fuit ex sola mia sine ꝓmissione: q: lex
nõ fuit data patribus corꝝ neq̃ ꝓphe
tie, sicut iudeis [sicut scp̃tũ est] in p̃s.
xvij. vbi xp̃s loquitur ad patrẽ [Pro=
pterea confitebor in gentibus dñe]. i.
faciam tibi gentes confiteri voce lau
dãdo [⁊ nomini tuo cãtabo] Hor. i. fa=
ciaz tibi cãtare cãticũ laudis p̃s. xcv.
Cantate dño cãticũ nouũ [Et iterꝝ di=
cit] scz scp̃tura Jsaye. xxxv. [Letamĩ
gẽtes]. i. pagani cõuersi ad fidẽ [cum
plebe eius] id est cum iudeis. Factuz
est vnũ ouile de iudeis ⁊ gẽtibus. vñ
Joh. x. Et fiet vnũ ouile ⁊ vnꝰ pastor
[Et iterũ] dicit dauid in p̃s. xcv. Lau

date dñm oẽs gẽtes].i.pagani cõuer-
si ad fidẽ[ꝛ magnificate eũ oẽs popu
li]Ain.i.oẽs tribus filiorũ israel[Et
rursus ysaias ait]xi.c.Erit radix iesse]scꝫ qui ꝛ ysai. pater dauid.i. Reg.
xvi.De qua stirpe natus est xp̃s secũ
dum carnẽ[ꝛ qui exurget regere gẽ-
tes].s.in fide ꝛ bonis opibus ꝛ gẽtes
conuerse ad fideꝫ[in eum gentes spe
rabunt]Geñ.xlix.Ipse erit expectatõ
gentium quia habent spem per ip̃m
consequi vitaꝫ eternam [Deus autẽ
spei] in quo sperandum est [repleat
vos om̃i gaudio]scilicet sp̃uali[ꝛ pa-
ce in credendo vt abundetis in spe]
Ly.per cumulum meritorum[ꝛ vir-
tute spiritussancti]cuius sunt princi-
paliter omnia opera meritoria: quia
sine virtute spiritussancti nulle virtu
tes vel opera placent deo.

¶Dñica tertia in aduẽtu.i. ad Corinthi.iiij.cap.

FRatres. Sic nos
existimet hõ vt mi
nistros xp̃i ꝛ dispẽ
satores ministerioꝝ dei. Hic
iam queritur inter dispensa-
tores vt fidelis quis inuenia
tur. Mihi aũt ꝓ minimo ẽ vt
a vobis iudicer aut ab huma
no die: sed necꝫ meipsum iu-
dico. Nihil eñ mihi cõscius
sum: sꝫ nõ in hoc iustificatus
suꝫ. Qui aũt iudicat me dñs
ẽ. Itacꝫ nolite ante tp̃s iudi
care quoadusqꝫ veniat dñs
q̃ et illuĩnabit abscõdita te-
nebraꝝ ꝛ manifestabit ꝯsilia
cordiũ: ꝛ tũc laus erit vnicui
qꝫ a deo. ¶Postilla.

¶Frẽs. Sic nos existimet hõ
vt ministros xp̃i.i.Coꝛ.iiij.Añ initiũ
illius epistole scribit sanctus paulus
dicẽs. Tẽplum dei sanctum est quod
estis vos. Si quis inter vos videtur
sapiens in hoc seculo stultus fiat vt
sit sapiens. Sapientia eñ huius mũ-
di stultitia est apud deum. Tunc post
hoc sequitur epistola hodierna[Sic
nos existimet homo] Sciendum ꝙ
epistola ꝛ euangeliũ concordãt: quia
in euãgelio agitur de sp̃uali aduentu
xp̃i. In signum huius tunc euãgeliũ
dicit de sancto iohanne qui interp̃ta
tur ĩ quo ẽ gratia. Sic etiã ap̃ls pau-
lus in ep̃la hodierna suadet p̃latis
ꝙ debeant diligenter exeq̃ sibi iniun
ctum officiũ et ministeriũ ergo dicit
[Sic nos existimet hõ ꝛc.]Et hãc epi
stolam scribit Coꝛ. Et corinthij noia
tur a quadã ciuitate q̃ dicit corĩth⁹ et
ẽ metropolis ĩ achaie ptib⁹. Achaia
vero est quoddam territorium in ter
ra grecie: ꝛ illos arguit de iudicio te-
merario: qꝛ nimis temerarie iudica-
bant ap̃lm cũ suis: ergo dicit[Sic nos
existimet homo vt ministros xp̃i]Ai
cen.q.d. taliter viuim⁹ ꝛ ꝯuersamur
ꝙ quilibet homo possit vere existima
re de nobis ꝙ sum⁹ fideles mĩstri xp̃i
Unde bonauẽtura doctor sacre theo-
logie sup.iiij.lib.sen.di.xvi. De quo-
libet p̃sumendũ est bonũ: nisi pbet cõ
trariũ[ꝛ dispẽsatores]Gor. id ẽ distri-
butores[ministerioꝝ dei] id est sacra
mentoꝝ diuinoꝝ[hic iã querit] a no-
bis[inter dispẽsatores vt fidelis quis
inueniatur]Prouerb.xx. Multi ho
mines vocant misericordes: viꝝ aũt
fidelem quis inueniet? Tho. Fidelis
minister est q̃ in oibus intendit hono
rem dei ꝛ vtilitatẽ ppl̃i. Sed ipsi cori-
thij iudicabant plures esse infideles:
nec aliqueꝫ putãtes esse fidelẽ[mihi
autẽ ꝓ minimo est]Gor.i. parũ puto
[vt a vobis iudicer] Tho.s.esse fidel
vel infidelis[aut ab humano die]id
est ab hoĩe dum est in suo die id est in
p̃nti tp̃e[sed necꝫ meip̃m iudico]Ai-
cen. fidelẽ vel infidelẽ ministrũ xp̃i cũ
nõ possuꝫ scire certitudinali s̃nia: sed
ex coniecturis existimo me bene esse fi
delem dispensatorem. vñ dr̃ Eccle.ix.

Nescit hō an odio vel amore dignus sit[Nihil em̄ mihi cōscius sum].i. in nullo remordet me ↄsciētia mea[sed non in hoc iustificatus suꝫ] Gor.i.nō ideo me iustuꝫ reputo: qꝛ pōt esse aliquod delictum quod nescio.ps.xviij. Delicta quis intelligit[q̄ aūt iudicat me dn̄s est] q̄ solus nouit secreta cordis mei melius q̄ ego ipse[itaq̄ nolite āte tp̄s iudicare] sentētia iudicij extremi:qꝛ modo nō est tp̄s iudicādi [quousq̄ veniat dn̄s]sup. ad iudicandū[qui ꝛ illuminabit].i.aperta faciet[abscondita tenebrarū].i.occulta peccata[ꝛ manifestabit ↄsilia cordiū] id est cogitata. quia tunc libri cōscientiaꝝ aperientur[ꝛ tunc laus erit]id ē remuneratō[vnicuiq̄ a deo] bene agenti vel cogitāti ꝛc.

¶Domica.iiij.i aduentu ad Philippenses.iiij.cap.

Gaudete in dn̄o sp̄: iteꝝ dico gaudete. Modestia vr̄a nota sit oib⁹ hoib⁹. Dn̄s em̄ ꝓpe ē. Nihil solliciti sitis:sed i oī ofone ꝛ ōbsecratōe cū gratiaꝝ actiōe petitiōes vestre innotescāt apō deū ꝛ pax dei q̄ exuperat oēm sensuꝫ custodiat corda vr̄a ꝛ ītelligētias vestras: in chꝛisto iesu domino nostro.

¶Postilla.

¶Gaudete in dn̄o semꝑ:iterū ꝛc. Phil.iiij. Añ initium illi⁹ ep̄le scribit scūs paul⁹.d. Fratres nostra cōuersatio in celis est. Añ saluatoreꝫ expectamus dn̄m nostrū iesum xp̄m qui reformabit corp⁹ humilitatis nostre cōfiguratū corpori claritatis sue. Tūc sequit̄ epistola hodierna[Gaudete in dn̄o semper ꝛc.] Sciēdū q̄ epistola ꝛ euangelium concordant: quia in euāgelio docemur qualiter domino viam ꝑparare debemus per verā penitentiā vt eū digne suscipere possimus tam venturū i carne. Et debet hoc fieri cuꝫ gaudio spirituali quod gaudiū necessariū est in tp̄e tribulationis:scd̄m illud Jaco.i. Omne gaudium estimate fratres cū in varias tētatiōes incideritis. Et cū illo gaudio sp̄uali bene stat cōtritio cordis:qꝛ secunduꝫ Aug. Penitens de peccatis dolet:et de dolore gaudet. Sic ēt ap̄ls paulus in ep̄la hodierna nos informat qualiter in dn̄o gaudere debeamus.d. Gaudete in domīo. Et presentem epistolam scribit philippēsibus: ꝛ philippenses noīant̄ a ciuitate philippis q̄ est in gretia. Unde dicit[Fratres gaudete in domino] non in hoc seculo. Ratio illius est: qꝛ sicut nemo potest duob⁹ dn̄is seruire Math. vi. sic nemo potest gaudere in hoc seculo ꝛ cū hoc in dn̄o[semꝑ] Lyr. nō vna hora sed quotidie [iterum dico gaudete] nō solū exterius sed etiā in corde interius[Modestia vestra] Lyr. in ↄuersatione ꝛ vita[nota sit om̄ib⁹ hominib⁹] Uincen. tam malis q̄ bonis. Ly. vt boni meliores fiāt vr̄o exēplo: ꝛ alij mali cōuertant̄[dn̄s em̄ ꝓpe ē] Gorr. ideo debetis gaudere qꝛ dn̄s ꝓpe est: ꝛ patus dare quod necessariuꝫ est[nihil solliciti sitis] Uin. scꝫ de tp̄alibus sed iactate curā vr̄am in dn̄o et ipse vos enutriet: iuxta illud Math. vi. Nolite solliciti esse dicentes quid mādu cabim⁹ aut q̄d bibemus ꝛc. [sed in om̄i oratione ꝛ obsecratione] Uin. de quibuscūq̄ reb⁹[cū gratiarū actione] quia qui vult alia impetrare ḡr̄tus debet esse de preteritis. vnde Crisos. sup Math. Gratiarum actio est inuitatio ad plus dandum [petitiones vestre innotescant apud deum] id est ita feruentes sint vt ad deum ꝑueniant[ꝛ pax dei]id est deus qui est pax ꝛ quies mentis[qui exuperat]id est excedit[omneꝫ sensum] Uin. i. omnē intellectuꝫ tam angelicum q̄ humanū [custodiat corda vestra] id est volun=

tates vestras: in bono[ꝛ intelligētias
vestras in christo iesu domio nostro]
Hor. vt nihil extra ipm appetatis vel
intelligatis.

¶ In nocte natiuitatis domini ad primā missam epistola ad tytum. ij. cap.

Apparuit eniꝫ gr̄a
saluatoris nr̄i omī
bus hoībus erudi
ens nos vt abnegātes impie
tatē ꝛ secularia desideria so=
brie ꝛ iuste ꝛ pie viuam⁹ in h̄
seculo expectātes beatā spē
ꝛ aduentū glorie magni dei
saluatoris nr̄i iesu xp̄i. Qui
dedit semetipm̄ pro nobis vt
nos redimeret ab omī iniq̄=
tate ꝛ mūdaret sibi populuꝫ
acceptabilē sectatorē bono=
rū operū. Hec loquere ꝛ ex=
hortare: ī christo iesu dn̄o no
stro. ¶ Postilla.

¶ Apparuit em̄ gr̄a saluato=
ris nostri ꝛc. Hodie ab ecclesia dei ce
lebratur natiuitas domini sicut xp̄s
domin⁹ noster de virgine maria na=
tus est verus deus ꝛ verus homo: in
quo magnam misericordiam homi=
nibus ostendit: quia nō ex operibus
iusticie que fecimus nos: sed secūdū
magnam misericordiā suam saluos
nos fecit: ergo apostol⁹ paulus in of
ficio prime misse que in media nocte
celebratur insinuat dei misericordiā
nobis exhibitam dicens. Apparuit
gratia dei ꝛc. Ante initium illius epi
stole scribit sanctus paulus exhortā=
do tytum discipulum suum dicens.
Loquere que decēt sanam doctrinā:
senes vt sobrij sint: pudici: prudentes
sani in fide: in dilectione ꝛ patientia:
ꝛ in omnibus teipsum prebe exēpluꝫ
bonorum operuꝫ. Tunc sequitur p̄=
sens epistola[Apparuit enim gratia
dei ꝛ saluatoris nostri] Ly. in carne p
nobis assumpta[omnib⁹ hominib⁹]
Horra. id est ad vtilitatem omnium
hominum[erudiēs nos] verbo ꝛ ex=
emplo[vt abnegantes impietatem]
Lyra. id est ydolatriam: sicut ꝛ per op
positum pietas dicitur cultus diuin⁹
[ꝛ secularia desideria] Lyra. que ten=
dūt ad diuitias ꝛ honores ꝛ delitias
corporis[sobrie] Lyr. in nobis[ꝛ iu=
ste] ad proximum[et pie] ad deum[vi=
uamus in hoc seculo] id est in mun=
do fragili ꝛ transitorio:[expectantes
beatam spem] id est beatitudineꝫ spe
ratam: vt per hoc libentius ꝛ facili⁹
faciamus bona opera[ꝛ aduentū glo
rie] id est manifestationeꝫ gloriosaꝫ:
[magni dei et saluatoris domini no=
stri iesu christi] Horra. id est aduentū
christi ad iudicium qui est magn⁹ de=
us et saluator noster. Nam in primo
aduētu venit vt puer puulus: in scd̄o
aduentu venit vt deus magnus cuꝫ
potestate ꝛ maiestate: qui supple chri
stus[dedit] gratis et sine meritis: se=
metipsum: in precium ꝛ nullam aliaꝫ
creaturam : pro nobis: adhuc inimi=
cis: vt nos redimeret: per preciū san=
guinis: ab omni iniquitate: tā actua=
li q̄ originali: ꝛ mūdaret sibi populū:
per sacramentum baptismi: accepta=
bilē: id est gratum per caritatem [se=
ctatorem bonorum operum] Lyr. ita
q̄ gratia que datur in baptismo non
datur in vacuum: sed ad bene operā=
dū[hec loq̄re] Lyr. ignorātes docēdo
[ꝛ exhortare] iā sciētes ad melius in=
ducēdo[In christo iesu dn̄o nostro]

¶ In scd̄a missa natiuitatis xp̄i epistola ad Tytū. iij. ca.

Apparuit benigni
tas ꝛ hūanitas sal
uatoris nostri dei
non ex operibus iusticie que
fecimus nos : sed secundum
suam misericordiam saluos

nos fecit p lauacrū regene-rationis et renouationis spi ritussancti quē effudit in nos abunde per iesum christum saluatorē nostrum vt iustifi-cati gratia ipsius heredes si mus scōm spem vite eterne: in christo iesu dño nostro.

¶Postilla.

¶Apparuit benignitas & hu manitas saluatoris nostri dei &c. ad Tytum.iij.Ante initiū illi⁹ epl'e scri bit sanct⁹ paul⁹ tyto discipulo suo di. Loq̄re et exhortare illos principibus et ptātibus subditos ad omne opus bonū patos esse:et post pauca seq̄tur epl'a hodierna [Appuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei] q: magnam miam nobis deus exhi-buit in hoc φ pro nobis humanitatē assumpsit[non ex opibus iustitie que fecimus nos] Hor. q: nulla bona fa cimus:imo potius cum inimici esse-mus:reconsiliati sum⁹ deo [s3 scōm suam miam nos saluos fecit] Ly.sa-lus enī eterna excedit totaliter facul tatem humane nature : pter quod nō potest attingere eam quis nisi ex largitate diuine mie[per lauacrū re-generationis].i.baptismi:per quē fit regeneratio a culpa.Generatio enim inq̄nat ps.l. Ecce enī in iniquitatib⁹ cōceptus sum &c. sed regeneratio la-uat Joh.iij.regñatio sanat Johā.iij. Nisi quis regenerat⁹ fuerit ex aqua et spūsancto nō potest itrare ī regnū dei[et renouationis spūssancti]Qui spūssanctus ī baptismo datus termi-nat vitam veterem que est sub pctō et inchoat nouā que est sub gr̄a[quē effudit in nos abunde] Lyr.ad dele-tionē oīm peccatoꝝ et copiam virtu-tum[per iesum xp̄3 saluatorē nostrū] Ly.ex cuius passione h3 efficatiā sa-cramentū baptismi[vt iustificati gr̄a ipsius heredes sim⁹]quia gratia facit nos filios dei adoptiuos et heredes regni[scōm spem]in pñti [vite eter-ne]sc3 in futuro.

¶In die natiuitatis dñi ad summā missā epl'a ad he.i.c.

Multipharie m̄ltis-φ modis oli3 deus loquens patrib⁹ in pphetis nouissīe dieb⁹ istis locutus est nobis ī filio: quē cōstituit heredē vniuersoꝝ per quē fecit et secula. Qui cu3 sit splendor glorie & figu ra substantie eius portansq3 omia verbo virtutis sue pur gationē pctōꝝ faciēs: sedet ad dexterā maiestatis in ex celsis: tāto melior angelis ef fect⁹: quāto differētius pre illis nomē hereditauit. Cui ei dixit aliqñ angeloꝝ filius meus es tu ego hodie genui te. Et rursum. Ego ero illi in patrē et ipe erit mihi ī filium Et cū iteꝝ ītroducit primoge nitū in orbē terre dicit. Et a dorent eu3 omēs angeli dei. Ad angelos q̄dē dicit. Qui facit āgelos spūs et mīstros suos flammā ignis. Ad filiu3 aūt. Thronus tuus deus in seculu3 seculi: virga eq̄tatis virga regni tui. Dilexisti iu stitiā & odisti iniq̄tatē ppte-rea vnxit te deus deus tuus oleo exultatiōis pre partici pib⁹ tuis. Et tu in principio dñe terrā fūdasti: & opa ma-nuū tuaꝝ sunt celi. Ipsi peri bunt tu aūt pmanebis & oēs

vt vestimētū veterascēt. Et velut amictū mutabis eos ⁊ mutabunt. Tu autē idē ipse es et anni tui non deficient.

¶ Postilla.

¶ Multipharie multisqꝫ modis. Ad heb. i. c. Hāc ep̄laꝫ scribit sanctus paul⁹ ad hebreos. Et hebrei sūt q̄ sūt cōuersi ad fidē xp̄i de iudaismo Et in alia ep̄la ponit dignitatē noui testamenti respectu veteris testamēti: q̄uis vtrunqꝫ testamentū sit a deo datuꝫ: vetus tamē tradidit ꝑ angelū qui loquebatur moysi in persona dei vt hr̄ Act. vij. c. ⁊ Joh. ix. Nos scim⁹ q꞉ moysi locut⁹ est deus. Nouū auteꝫ testamentū tradidit deus ꝑ seipsum: q꞉ ꝑ filiū suū incarnatū q̄ est vn⁹ de⁹ cuꝫ pr̄e. Itē q꞉ vetus testamentū traditū est obscure sub velaminib⁹ et figuris. nouū aūt testamentū traditū ē lucide ⁊ apte. Et in signū huius dic̄ ap̄ls [Fratres. Multipharie]. i. multis locutionibus scꝫ abrae: ysaac: ⁊ iacob: et ceteris ⁊ eisdeꝫ sepe [multisqꝫ modis] q꞉ mō ꝑ somnia vt daniel. mō aperta voce vt moysi: mō in interiori inspiratione vt dauid [olim deus loquēs pr̄ibus in ꝓphetis] Ly. id est ꝑ ꝓphetas q̄bus angeli reuelabant occulta diuina ⁊ ip̄i vlterius ppl̄o nunciabant [Nouissime dieb⁹ istis] Lyr. tp̄e gratie et veritatis reuelate [locutus est nobis in filio] id ē per filium incarnatū qui maior ē ꝓphetis [quē] filiū scd̄m humanā naturā de⁹ pater cōstituit [heredē] id est dn̄m ꝑpetuuꝫ [vniuersoꝝ] sup omnē creaturā [per quem] Hor. supple xp̄m scd̄m diuinā naturā scd̄m quā coeternus est patri [fecit] non solū inuisibilia: sed [⁊ secula] contra manicheos Joh. i. Oia per ip̄m facta sunt [qui cum sit splendor glorie] q꞉ filius ꝓcedit a patre vt splēdor a sole [et figura substātie ei⁹] id ē eiusdē substātie cū pr̄e [portās]. i. sustentās et cōseruans in esse [oia]. i. celestia ⁊ terrestria [vbo vtutis sue] id ē solo iperio ptātis ⁊ bonitatis sue [purgationē peccatoꝝ faciens] Hor. tā originaliū q̄ actualiū. ⁊ ip̄e xp̄s [sedet]. i. quiescit ⁊ regnat post multum laborē et humiliationē sublimatus [ad dexterā]. i. eq̄litatē paterne [maiestatis in excelsis]. i. ī potioribus bonis patris [tanto melior]. i. ꝓportionabilior [angelis effectus q̄nto differētius pre illis nomē hereditauit] Ly. q꞉ ipse dicit verus deus ⁊ dn̄s cōsubstantialis patri ipsi autem angeli dicuntur serui [cui enim dixit aliq̄n angelorum] Hor. non soluꝫ minorū sed etiam maiorū [filius meus es tu]. i. mihi ꝓprius et cōsubstantialis [ego hodie genui te] id ē eternaliter quia eius generatio non trāsit in preteritū [⁊ rursum] supple dicit deus pr̄ [ego ero illi in patrem] Hor. eū protegēdo [et ipse erit mihi in filiū] mihi ꝑ oīa obediēdo [et cū iterū] Hor. s. deus pater [introducit primogenitū] filium suum [in orbem terre] id est cum euꝫ q̄ prius erat in mundo inuisibilis mūdo apparere visibileꝫ fecit [dicit] scriptura de xp̄o [adorent eū] scꝫ hoīem xp̄m scd̄ꝫ humanitatē passum ⁊ mortuum [omnes angeli dei] scꝫ iussioni eius obtemperando [Ad angelos q̄dem dicit. qui facit spiritus] Hor. celestes [angelos suos]. i. nūcios suos cum leula nunciant [et mīstros suos [facit flammā ignis] cuꝫ eos ad exercitium vindicte mittit sicut fuerūt duo angeli missi in sodomā. Gen̄. xix. [ad filiū aūt] dicit deus pr̄ [thronus tuus id est regnū tuum [deus in seculū seculi] id ē permanet ineternuꝫ [virga equitatis] id est regula directa [vga regni tui] id ē disciplina qua bonos regis et malos percutis [dilexisti iustitiam] Hor. i. omne bonū [et odisti oēm iniq̄tatem] id est omne malum [ꝓpterea] id est quia hoc facis [vnxit te] scd̄m hoīem vt regē ⁊ pontificem [deus deus tuus] id est ipse deus pr̄ [oleo exultationis] Hor. id est gratie

conscientiam exhilarantis ꝓpter pec cati immunitatem [pre participibus tuis].i.pre omnibus sanctis q̄ de ple nitudine tua participant [Et tu dn̄e] scȝ fili dei [in principio] rerum creā darum [terraȝ fundasti] id est creasti [opera manuū tuarū sunt celi] Hor. et dicuntur celi specialiter opera ma nuum eius: quia in ipsis maxime re lucet eius potentia et bonitas. Potē tia in magnitudine. bonitas in vtili tate [ipsi] celi [peribūt] q̄tum ad for mam: non q̄tuȝ ad substantiā [tu au tem permanebis] scȝ imutabilis [et omnes] celi aerei [vt vestimētum ve terascent] Hor.i. ad interituȝ accedēt ⁊ velut amictū mutabis eos ⁊ muta buntur in nouam figuraȝ. vnde apo. xxi. vidi celos nouos et terram nouā [tu aūt] scilȝ deus fili [idem ipse es] omnino immutabilis [⁊ anni tui nō deficient].i. eternitas tua nō hȝ finē.

¶ Dominica infra octauas natiuitatis domini ad Gal. iiij. capi.

FRatres quanto tē pore heres paruu lus est nihil differt a seruo: cum sit dominus om nium: sed sub tutoribus est ⁊ actoribus vsq₃ ad prefinituȝ tempus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli sub ele mentis mundi eramus ser uientes. At vbi venit pleni tudo temporis misit deus fi lium suum natum ex muliere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum dei re ciperemus. Quoniam autē estis filij dei misit deus spiri tum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. Ita q₃ iam non est seruus sed fi lius: q₃ si filius et heres per deum. ¶ Postilla.

¶ Quanto tempe heres par uulus ⁊c. Ad gal. iiij. Ante initiū il lius epistole scribit sanctus paul⁹ di cens. Omnes eni vos vnum corpus estis in christo iesu. Si autē vos chri sti: ergo semen abrahe secunduȝ pro missionem heredes. Tunc statim se quitur epistola hodierna. Quanto tempore heres paruulus est ⁊ cetera. Hanc epistolam scribit sanctus pau lus ad galathas: et galathe sunt gre ci ⁊ galathia est nomen regionis gre cie. Ex quo illo sacro tempore nati uitatis christi sācta mater ecclesia re colit qualiter ille sine estimatiōe ma gnus pro nobis puul⁹ fact⁹ sit. Tunc epistola et euangelium concordant: quia euangelium dicit quomō puer iesus crescebat et confortabatur ple nus sapientia et gratia. Sic aposto lus paulus in epistola hodierna ex primit effectum et vtilitatem domini ce natiuitatis christi secundum car nem quia de seruitute trāsiuimus in filiorum adoptionem: sicut patet in presēti epistola. Unde dicit [Fratres quanto tempore] Uincentius: id est per quantum tempus [heres] id est filius cui de iure debetur hereditas [paruulus est] scilicȝ infra annos di scretionis [nihil differt a seruo] Hor. quia ad moduȝ serui cogitur nec ha bet aliquam potestatem rerum suaꝝ [cum sit dn̄s omniū] scȝ bonorum pa ternoꝝ [sȝ sub tutorib⁹ ⁊ actoribus ē] Hor. tutores dicuntur qui eum tuen tur contra aduersarios; actores qui agunt causas eius [vsq₃ ad prefinitū tempus a patre] Ly. id est vsq₃ ad eta tem adultam [ita et nos cū essem⁹ p̄ uuli] Uincē. intellectu ⁊ sapiētia [sub elementis mundi huius eram⁹ serui entes] Hor. id ē subiecti seruituti le-

gis. Sciendū ꝙ legales obseruantie
fuerunt figure disponētes ad christū
ideo in eiꝰ aduētu sunt dimisse. ergo
subdit [At vbi venit plenitudo tēpo-
ris] id est tempus gratie [misit deus
filiū suum] non angelum [natum ex
muliere] Ly. quantū ad corpus sum
ptum de maria virgine [factū sub le
ge] qꝛ voluit legalia seruare [vt eos
qui sub lege erant] Ly. s. legalibꝰ ob
seruantijs obligati [redimeret] ꝑ pas
sionem suam [vt adoptionem filiorū
reciperemꝰ] scilꝫ ꝑ xp̄m: qui est natu
ralis filius dei [qm̄ autē estis filij dei
misit deus spm̄ filij sui] Ly. id est spi
ritumsanctum qui dicitur spūs filij:
sicut et patris ex eo ꝙ ꝓcedit ab vtro
qꝫ [in corda vestra] per infusionē gra-
tie [clamantē: abba pater] id est pat
noster [itaqꝫ iam non est seruus sꝫ fi-
lius] Lyr. quicunqꝫ fideliter confitet
deum patrem [ꝙ filius] Vincentius
in presenti per gratiam [et heres] scꝫ
erit in futuro [ꝑ deum] qui ipsum
adoptauit in heredeꝫ celestis patrie.

¶ In festo circuncisionis dn̄i ad Gal. iij.

PRiusq̄ꝫ veniret fi-
des sub lege custo-
diebamur cōclusi in
eā fidē q̄ reuelāda erat. Ita
qꝫ lex pedagogus noster fuit
ī xp̄o vt ex fide iustificemur
At vbi venit fides iā nō sub
pedagogo sumus. Om̄s enī
filij dei estis per fidem que ē
in christo iesu. Quicūqꝫ enī
in christo baptisati estis xp̄ꝫ
induistis. Non ē iudeꝰ neqꝫ
grecus: non est seruꝰ neqꝫ li-
ber: nō est masculus neqꝫ fe-
mina. Omēs enī vos vnum
estis in christo iesu. Si autē
vos xp̄i ergo abrahe semen
estis secundū ꝓmissionē he-
redes. Dico aūt quāto tem-
pore heres ꝑuulus est nihil
differt a seruo: cū sit dominꝰ
oīm: sed sub tutoribus est et
actoribus vsqꝫ ad prefinituꝫ
tempus a patre.

Postilla.

¶ Priusq̄ꝫ veniret fides sub
lege custodiebamur. Gala. iij. Añ ini
tiū illius epistole scribit sctūs paulꝰ
in eodē ca. dicens. Credidit abraham
deo reputatum est ei ad iustitiā. Tūc
sequitur epistola hodierna. Priusq̄
veniret fides. Quia hodie agit̄ de cir
cuncisione dn̄i: et ī veteri testamento
hoc fecit circūcisio qđ hodie facit ba
ptismus: ꝓterq̄ ꝙ ianuā celi nō ape-
ruit sꝫ circuncisi venerunt ad limbuꝫ
sanctoꝝ patrū: et ibi expectabant ad-
uentū xp̄i. Baptisati autē iam absqꝫ
vllo medio euolant ad celum: qđ in
hoc figuratū fuit quia xp̄o baptisato
celum apertū est super ipsum. Unde
euangelium et epistola cōcordant qꝛ
euangeliū dicit de circuncisione: sic
et ī epistola habetur de circuncisione
et de baptismo qui datur loco circun
cisionis. vñ dicit apostolꝰ paulꝰ [Frēs
priusq̄ veniret fides] Ly. s. reuelata
et explicata in euāgelio [sub lege cu
stodiebamur] Gor. i. sub legis onere
[conclusi] id est timore legis ligati
⁊ comprehēsi: ne defluueremꝰ ad vitia
[in eam fidē que reuelāda erat] tem
pore gratie. Sciēdū est ꝙ eadē fides
est in nouo et veteri testamento: sed
in veteri erat implicita et figuris ve
lata: in nouo vero explicita et reuela
ta [itaqꝫ lex pedagogus noster fuit in
christo iesu] Ly. id est ad christum di
sponēs: sicut pedagogꝰ disponit pue
rum ad vrtutem tempore futuro ha
bendam. Paruuloꝝ est habere peda
gogos quousqꝫ crescunt ī viros ꝑfe-
ctos: q̄ eos ad recta dirigūt timore pe
narum [vt ex fide] ly. reuelata [iustifi

cemur] iustitia infusa [At vbi venit fides] id est postꝙ reuelata est fides xpi: que erat occultata ātiquis patribus [iam nō sub pedagogo sumus] Hor. i. sub coactione et seruitute legis: sꝫ sub euāgelica libertate. Ly. sicut puer adueniēte etate adulta iam non est amplius sub pedagogi disciplina. Et eadem ratione adueniente euangelio cessant legalia. [Omnes enim filij dei estis] Hor. nō serui [per fidem q̄ est in christo iesu] Fides enī facit filiū dei. Johannis. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius [Quicunqꝫ enī in christo baptisati estis] id est ī fide iesu christi [christum induistis in xp̄o conformes facti estis] per vite cōformitatem et sacramenti susceptionē. Pulchra enī vestis est indui christū ipse enim est sol iustitie. Unde in signum innocentie datur vestis candida puero baptisato [non est iudeus] scilicet sub lege moysi [neqꝫ grecus] sub lege naturali [non est seruus neqꝫ liber] scilicꝫ melior seruo [non est masculus neqꝫ femina] scilꝫ dignior alter altero in fide christi [omnes enī vos estis vnum [Hor. non differentes in aliquo [in christo iesu] id ē in fide xp̄i [si autem vos xp̄i] scilꝫ per fidem [ergo semen abrahe estis] per imitationem iusticie [secundum promissionem heredes] inquantum ad futuram beatitudinem [in xp̄o iesu domino nostro.

¶ In epiphania domini Ysa. lx. ca.

Surge illūinare hierusalem quia venit lumen tuum et glia domini super te orta est. Qz ecce tenebre operient terrā et caligo populos: super te autem orietur dominus: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes ī lumine tuo: et reges in splēdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide omēs isti cōgregati sunt: venerūt tibi. Filij tui de longe venient: et filie tue de latere surgent. Tūc videbis ⁊ afflues et mirabitur ⁊ dilatabit̄ cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentiū venerit tibi inūdatio camelorum operiet te: dromedarij madiā et effa. Omnes de sabba venient aurum ⁊ thus deferētes ⁊ laudē dn̄o annūciantes.

¶ Postilla.

¶ Surge illuminare hierusalem ⁊c. Ante initium illius ꝓphetie scribit Ysaias propheta dicens. Spiritus meus qui ē in te: et verba mea que posui in corde tuo non recedēt de ore tuo et de ore seminis tui. dicit dominus ammodo et vsqꝫ in sempiternum. Tunc statim sequitur ꝓphetia ista. [Surge illuminare hierusalem] Festum hodiernum a fidelibus epyphania nuncupatur: pro eoqꝫ stella tribus regibus apparuit ipsos vsqꝫ ad presepium dn̄i tredecima die a natiuitate xp̄i perduxit. Et dicit̄ ab epy quod ē supra ⁊ phanos apparitio. Et de hoc agitur in ep̄la et in euangelio. Nam in euangelio dicitur. Obtulerunt magi domino aurum thus ⁊ mirrhā ⁊c. Similiter in ep̄la dicit̄. Om̄s de sabba venient aurū ⁊ thus deferentes ⁊ laudē dn̄o annūciantes vnde dicit Ysaias ꝓphetando de natiuitate xp̄i [O hierlꝫ]. i. ecclesia [surge illuminare qꝛ venit lumen tuuꝫ] id ē xp̄us homo factus qui ē lux vera que illuminat oēm hoīem veniētē

in hunc mundum. Johannis. i. quia nullus illuminatur nisi per ipsuz [et gloria domini] id est filius dei qui est gloria patris [super te orta est] ly. natura humana assumpta [quia ecce tenebre] infidelitatis et ignorãtie hic i presenti [operient terrã] id est hoies carnales terrena amantes [ꝛ caligo] peccatoꝝ [pplos: super te aũt orietur dñs] q̃si sol verus [ꝛ gloria eius in te videbit] ly. ꝑ operationẽ miraculoꝝ scz leprosoꝝ mundationẽ: cecoꝝ illuminationẽ mortuoꝝ resuscitatõez [Et ãbulabunt gentes] q̃ pri⁹ in tenebris ydolatrie fuerũt [in lumine tuo] Ly. id est in lumine fidei xp̃iane [ꝛ reges in splendore ortus tui] hoc intelligitur de tribus regibus venientib⁹ orta stella ad presepium domini [Leua in circuitu] scilz mũdi [oculos tuos] Ly. ad omnem differentiam orbis respectu hierl'm vbi p̃mo predicatũ est euangelium: et inde alibi ꝑ xp̃i discipulos deriuatum [ꝛ vide] id est intellige [omnes isti cõgregati sunt] fideles in vnitate fidei xp̃iane [venerunt tibi filij tui] id ẽ paruuli xp̃o [de lõge venient et filie tue de latere] Lyr. id ẽ de ꝓpe [surgent] perforato in cruce xp̃i latere effluxit sanguis redẽptõis et aqua baptismi de quibus facta est ecclesia sicut ex costa lateris ade fctã ẽ eua mater oĩm viuentium [tunc videbis] Ly. multitudinem credentiũ: ꝛ afflues consolationibus diuinis: et mirabitur ex tam veloci multiplicatione: quia a tempore apostoloruz deriuata ẽ fides xp̃iana ad omnes ꝑtes terre habitabilis: ꝛ dilabitur cor tuũ. Ly. pre gaudio: quando cõuersa fuerit ad te multitudo maris. lyr. id ẽ habitantium in insulis sicut patz de sicilia anglia. et alijs insulis maris [fortitudo gentium] Ly. id ẽ imperiũ romanũ qđ toti mũdo dñabatur [venerit tibi] quod ipletum ẽ tempe cõstantini imperatoris [inundatio cameloꝝ operiet te] Constantin⁹ eniz imperator ꝛ multi alij potentes exemplo imperatoris annuatuz diuitias multas per orbem miserunt super talia animalia ad sustentationem ministroruz ecclesie et pauperũ xp̃i et edificationez ecclesiarũ [dromedarij madiã ꝛ effa] Madian et effa regiones sunt trans arabiam et in istis terris nascuntur talia animalia fortia. ꝛ dromedarius est animal camelo minus: sz veloci⁹ Unde plinius dicit ꝙ dromedarius ẽ animal velocissimum gracile et neruosum camelo minus sed longa habens crura et longissimum passuz tã suauem ꝙ sine magno labore suo ꝛ sine fatigatione magna dromedantis id est insidentis ipsi aĩmali currit infra diem naturalem centum ꝑua miliaria. cortices arborum comedit: aut modicum fenum vel ossa dactiloruz. Hec ille. [Omnes de sabba venient aurum ꝛ thus deferentes et laudem domino annunciantes] Ly. Hoc impletum est ĩ illis tribus regibus qui venerunt ad adorandum xp̃m natũ.

¶ Dñica infra octauas epyphanie. Roma. xij.

Obsecro vos per misericordiã dei vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem: sanctã deo placentem: rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sz reformamini in nouitate sensus vestri: vt ꝓbetis que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Dico eñ per gratiã que data est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere q̃ȝ oportet: sed sapere ad sobrietatem. ꝛ vnicuiq; sicut de⁹ diuisit mẽsuram fidei. Sicut eni in vno corpore multa membra ha-

hemus omnia autem mēbra non eundem actum habent. ita multi vnum corpus sum⁹ in xpo. Singuli autem alter alterius membra in xpo iesu dño nostro.

¶ Postilla.

¶ Obsecro vos p misericordiam dei rc. Ante initium illius epistole scribit sanctus paulus romanis dicens. O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius ꝛ inuestigabiles vie eius. Tunc post hoc sequitur epistola hodierna. [Obsecro vos rc.] Epistola et euangelium concordant quia duo sunt homini necessaria ad salutem scilicet humilitas mentis: et mundicia carnis. Ad humilitatē mētis incitamur in euangelio exemplo xpi cum in fine euangelij dicitur. Et erat subditus illis scʒ marie ꝛ ioseph Ad mundiciam carnis incitamur in epistola hodierna. vbi apostol⁹ dicit [Obsecro vos p misericordiam dei] scilicet exhibitam vobis a deo [vt exhibeatis] scʒ voluntarie [corpora vestra] Lyr. non aliena contra illos qui saluari credūt p penitentiam aliorū [hostiā viuentē sanctam deo placentem] id est q hostia sit viuens sancta et deo placens [rationabile] scʒ sit [obsequium vestrū] Hor. vt sic mortificentur vitia vt seruetur natura. In omni enim sacrificio in veteri testamento precipitur offerri sal. Leui. ij. Quicquid obtuleris sacrificij sale condies. Et sal significat sapientiam siue discretionem. [Et nolite conformari huic seculo] id est malis hominibus. Anima enim habʒ se sicut speculum: quia sicut speculum ostendit similitudinem illius rei que sibi obijcitur. sic aīa illis que diligit conformatur. Aug. Si terraʒ diligis terra es. si deum diligis deus es. si aurū diligis aurum es participatiue. secū dum illud ps. lxxxi. Ego dixi dij estis [sed renouamini in nouitate sensus vestri] Ly. imago enim dei ad quam sumus formati deformatur in nobis per peccatum sed per gratiaʒ dei reformatur [vt probetis] lyr. id ē experiri possitis per spiritum sanctum habitantem in vobis [que sit volūtas dei bona] quantum ad incipientes [ꝛ beneplacens] quantum ad proficiētes [et perfecta] quantum ad perfectos [Dico enim] id ē precipio vobis [per gratiam] apostolatus [que data ē mihi: omnibus qui sunt īter vos] cuiuscunqꝫ status vel conditionis [non pl⁹ sapere] Hor. de diuinis misterijs [q̄ oportet sapere] Damas. Omnino nō audendū est de deo dicere vltra hoc que tradita sunt nobis a sanctis prophetis et a sanctis apostolis et etiam sanctis doctoribus [sed sapere ad sobrietatem] Horra. sine presumptione Eccle. iij. Altiora te ne quesieris rc. sed que precipit tibi deus illa cogita semper [vnicuiqꝫ] scilicet debere sapere [sicut deus diuisit] Deus enim dat vnum donum vni. alterum alteri. et idem donum dat vni magis excellenter: et alteri minus [secundum mensuram fidei] quia huiusmodi dona donātur secundum q homo plus vel minus meretur per fidem [Sicut enim in vno corpore] Horra. naturali [multa membra habemus] distincta [omīa autem membra non eundem actum habent] hoc pʒ qr oculi vidēt: manus tangunt pedes ambulant rc. [ita multi vnū corpus sumus] Horr. id ē vna eccl'a [in xpo] in capite [Singuli autem alter alterius membra] inuicē subministrando hoc est qn̄ hō illud quod deus sibi cōtulit alteri libenter impartitur Hor. corpus est ecclesia. caput xpus. membra fideles. Felix membrum qđ viuit in hoc corpore sub hoc capite.

¶ Dominica p̄ma post octauas epyphanie. Roma. xij.

HAbentes donatões secũdũ gratiã q̄ est in vobis differẽtes siue prophetiã secũdũ ratione fidei: siue ministeriũ in ministrãdo siue q̄ docz ĩ doctrina: q̄ exortať ĩ exortando: q̄ tribuit ĩ simplicitate: q̄ preest in sollicitudine: qui misereť ĩ hilaritate. Dilectõ sine simulatione: odientes malũ: adherẽtes bono. Charitatẽ fraternitatis iuicẽ diligẽtes honore inuicẽ preuenientes sollicitudine non pigri. spiritu feruẽtes: domino seruientes: spe gaudẽtes: in tribulatione patiẽtes: oratõi instãtes: necessitatibus sanctoruz cõmunicantes: hospitalitatẽ sectantes. Benedicite persequẽtibus vos: bñdicite ⁊ nolite maledicere. gaudete cuz gaudentibus: flete cũ flentibus. Idipz inuicẽ sentiẽtes: non alta sapientes: sz humilibus consentientes.

¶ Postilla.

¶ Habentes donatiões secũdum gratiam ⁊c. Ante initium illius epistole scribit sanctus paulus di. Sicut in vno corpore multa habem⁹ mẽbra. omnia aũt mẽbra eundem actuz non habent: ita multi vnum corpus sumus in christo. Singuli autem alter alterius mẽbra ⁊c. Tunc sequitur statim epl'a hodierna [Habentes donationes] Qualiter aũt epistola cum euangelio hodierno cõueniat est notandum q̄ in euangelio hodierno agitur de nuptiis in quibus christus ĩ consolationem cõuiuantium aquam in vinũ cõuertit: q̄ nuptie facte sunt in chana galilee: ⁊ significant spirituales nuptias quas christus habet cũ anima fideli. ad quas spirituales nuptias requirũtur virtutes quas apostolus paulus in epl'a hodierna enumerat dicens [Habẽtes donatões secundum gratiam que data est vobis differentes]. i. vos qui habetis diuersa dona ⁊ diuersa officia donata vob ex gratia diuersimode debetis vnus alteri ex charitate fraternali subministrare ⁊ impṫire ⁊ communicare sicut membra corporis [siue pphetiam secundum rationem fidei] Vincen. in donum reuelationis futuroꝝ occultorum secundum q̄ exigit fides [siue ministerium in ministrando] sciłz sacramenta [siue qui docet ĩ doctrina] id est gratiam hz docendi [q̄ exhortatur in exhortãdo] Gor. i. gratiã hz exhortationis: sicut membra ꝯmunicare proximis [q̄ tribuit] supple elemosynas [in simplicitate] id est in simplici intentiõe scilicet ĩ sola intentiõe vite eterne: vt nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua Math. vi. [qui preest]. i. gratiaz prelatõnis habet [in sollicitudine] q2 rationem redditurus ẽ [q̄ miseretur]. i. qui habet misericordiã cõpatiẽdo afflictis [in hilaritate] Lyra. hoc facit contra illos qui austeritatem in vultu ⁊ verbis oñdunt miseris anteq̄ releuent eos in aliq̄ [Dilectio sine dissimulatiõe] Gor. vt dilectio pximi sit x̄ra ⁊ nõ falsa nec ficta. i. Joh. iij. Filioli non diligamus verbo neq̄ lingua: sz opere et veritate [odiẽtes maluz]. s. in proximis [adherẽtes bono charitatez fraternitatis inuicẽ diligentes] Vincen. non soluz diligatis vos mutuo: sed etiam de hoc gaudentes q̄ alij se mutuo diligunt [honore inuicem preuenientes] Ly. Quilibet enim deficit ĩ aliquo bono quod est in altero: ⁊ sic potest eum cõsiderare vt meliorem se et sic honore preuenire [sollicitudie nõ pigri] Ly. prestãdo humanitatẽ pximis ĩ effectu [spũ

feruentes] Ly. vt hoc fiat ex bono af-
fectu [dño seruiẽtes] Vincen. vt ꝑ ea
q̄ ꝓximis impẽditis deo seruiatꝭ [spe
gaudentes] Vincen. vt executiõe pre
missoꝝ speretis eterna gaudia [in tri-
bulatiõe patientes orationi instãtes]
Vincen. nõ solũ ꝓ salute vr̄a sꝫ etiaꝫ
ꝓ salute ꝓximoꝝ [necessitatibꝰ] Gor.
id est penurijs [sctõꝝ] vobiscũ cõmo-
rantium [cõicantes] vr̄a bona tp̄alia
[hospitalitatẽ sectãtes] quo ad ꝑegri
nos exemplo abrahe ⁊ loth ⁊ recepe-
rũt angelos in forma hoim in hospi-
cio. Geñ. xix. [Bñdicite ꝑsequẽtibus
vos] Gor. i. bona eis optate [bñdicite
⁊ nolite maledicere] qꝛ maledicti re-
gnũ dei non possidebũt [gaudete cuꝫ
gaudentibus] scꝫ ꝯgratulãdo eis [fle
te cũ flentibus]. s. cõpatiendo eis [id-
ipsuꝫ inuicẽ sentiẽtes] scꝫ cũ alijs fra
tribus [nõ alta sapientes] Ly. ꝓximũ
cõculcãdo [sꝫ humilibus ꝯsentiẽtes]
cum eis humiliter ꝯuersando.

❡ Dñica scđa post octauas epyphanie. Roma. xij.

NOlite esse pruden-
tes apud vosmetip
sos: nulli malum ꝓ
malo reddẽtes: prouidẽtes
bona nõ tantum coram deo
sed etiam coraꝫ oĩbus homi
nibꝰ Si fieri põt quod ex vo
bis est cũ oĩbus hoibꝰ paceꝫ
habẽtes nõ vosmetipos de-
fendentes charissimi: sed da
te locũ ire. Scp̄tũ ẽ eñi. Mi-
hi vindictã ⁊ ego retribuã di
cit dñs. Sꝫ si esurierit inimi
cus tuꝰ ciba illũ: si sitit: potuꝫ
da illi. Hoc eniꝫ faciẽs carbo
nes ignis cõgeres suꝑ caput
eiꝰ. Noli vinci a malo sꝫ vice
in bono malũ.

❡ Postilla.

❡ Nolite esse prudẽtes apd
vosmetipsos ⁊c. Ista epistola imme-
diate sequitur epistolam precedentis
dominice. Et cõcordat cũ euangelio:
qꝛ in euãgelio legitur de leproso quẽ
xp̄s solo v̄bo curauit dicẽs: volo mũ-
dare. ⁊ curatio leprosi significat misti
ce mundationem anime a lepra pec-
catorum. Sic etiam in epistola hodi-
erna apostolus paulus dissuadet no-
bis a vicijs per que aĩma maculatur
⁊ hortatur nos ad virtutes per quas
anima mundatur ⁊ decoratur dicens
[Fratres nolite esse prudentes apud
vosmetipsos] id est tantã ꝯfidentiam
habeatis in ingenio vestro ꝙ magis
proprio sensui velitis credere q̄ꝫ alie-
no: qꝛ illud est testamentũ sancti ber-
nardi: ꝙ quilibet homo debet magꝭ
credere sensui alieno q̄ꝫ proprio [nul-
li malum pro malo reddentes [id est
nulli iniuriam ꝓ iniuria inferentes.
Gor. multominus malum pro bono.
p̄s. xxxiiij. Retribuebãt mihi mala ꝓ
bonis ⁊c. [ꝓuidentes bona non tantũ
coram deo] Gor. i. in secreto cordis qꝛ
intuetur cor [sed etiam coram omni-
bus hominibus] id est in manifesto
ne ꝓximus scandalizetur: qꝛ scãdalũ
vitare debemus q̄ꝫtuꝫ possumus: iu-
xta illõ Math. xviij. Ve homini per
quem scandalum venit [Si fieri po-
test quod ex vobis est cum omnibus
hominibus pacem habentes] id est
q̄ꝫtum in vobis est nõ detis occasionẽ
discordie vel distractõis pacis [nõ vos
metipsos defendentes]. i. non sitis re
percutientes aduersarios vestros: sꝫ
facite sicut xp̄s dicit Luc. vi. Si quis
te percusserit in vnam maxillam pre
be ei ⁊ alteraꝫ [charissimi: sed date lo
cum ire] Gor. i. dei vindicte. Ira dici-
tur diuinuꝫ iudiciũ ergo dicitur dies
ire [Scriptum est eniꝫ] scilicet Deut.
xxxij [Mihi vindictam] scilicet reser-
uate [et ego retribuam]. i. vindicabo
[dicit dñs] Damas. Qñ eñi vos puni
retis eos: iam deo locus nõ est in eis
vt eos puniat in die ire. Seipsuꝫ eñi

vindicare est rapinā cōmittere et deū ptemnere[sed si esurierit inimic⁹ tu⁹ ciba illū: si sitit potū da illi].i. porrige ei necessaria in extrema necessitate. [Hoc eñ facies]scz cibando et potando illū[carbones ignis] id est ardorē charitatis [congeres].i. cōgregabis [super caput eius]prouer.xv.i. super mentem eius quatenus tua benignitate incipiat diligere te quē pri⁹ oderat[Noli vinci]per impatientiam[a malo] supple homine[sz vince in bono].s. patientie[malū] sup. hoīem.

¶ Dominica tertia post octauas epyphanie. Roma. xiij.

Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicez diligatis. Qui enī diligit ꝓximū legē impleuit. Nā nō adulteraberis: nō occides: nō furaberis: nō falsū testimoniū dices: nō cōcupisces rē ꝓximi tui. Et si quod est aliud mandatū in hoc verbo instauratur: diliges ꝓximū tuū sicut teipsuz: dilectio ꝓximi malum nō operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. ¶ Postilla.

¶ Nemini q̄cq̄ debeatis nisi vt inuicem ꝛc. Ante inituz illius epistole scribit sanctus paulus di. Omīs anima potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit. Nō est eniz potestas nisi a deo. Itaq̄ qui resistit potestati dei ordinationi resistit. Tunc sequitur epistola presens[Nemini quicq̄]Et epistola et euangelium concordant: quia in euāgelio legitur quomodo christus fuit cum discipulis suis in nauicula ad transmigrandum: et orta est tempestas magna in mari per quaz tempestatem designatur magna temptatio huius seculi. Sic etiaz paulus apostolus i epistola hac docet nos quo modo debeamus transmigrare et tēptatiōes vincere per virtutes quas enumerat in epistola hodierna dicens [Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit ꝓximum legem impleuit]Ly. Omnia eñ mandata decalogi ordinantur ad actuz diligendi: quia precepta prime tabule ordinantur ad diligendum deum: et precepta secūde tabule ordinantur ad diligendum ꝓximum: et ita in dilectione impletur lex[Non adulterabis]Hor. hic prohibetur nocumentum proximi in persona sibi coniūcta [non occides]in quo prohibetur nocumentum proximi in propria persona[non furaberis] in quo ꝓhibetur nocumentum proximi in rebus temporalibus[non falsum testimonium dices] in quo prohibetur nocumentum proximi in verbo[non concupisces vxorem vel rem proximi tui. Et si quod est aliud mandatū in hoc verbo instauratur]id est impletur[Diliges proximum tuum sicut teipsum] Hor. sic debes diligere sicut teipsuz in bono: et non in malo Tho. sic q̄ nihil illicitum propter amorem proximi cōmittas[dilectio ꝓximi malum nō operatur] id est cauet inferre malum proximo[Plenitudo ergo legis est dilectio] Tho. id est per dilectionez lex implet.

¶ Dñica quarta p⁹ octauas epyphanie. Colloceñ. iij.

Induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie benignitatem humilitatem: modestiam: patiētiā: supportantes inuicē et donantes vobismetipsis. Si q̄s aduersus aliquez habet querelam sicut et dñs donauit vobis ita et vos. Sup oīa aūt h charitatē habete: quod ē vin

cultū perfectiōis ⁊ pax xp̄i ex
ultet in cordib⁹ vr̄is: in qua ⁊
vocati estis in vno corpe: et
grati estote: verbū xp̄i habi
tet ī vobis abundāter: ī oī sa
piētia docētes ⁊ cōmonētes
vosmetipos in psalmis: hym
nis ⁊ cāticis spūalib⁹ in grā
cantātes in cordib⁹ vr̄is deo

¶ Postilla.

¶ Induite vos ergo sicut ele
cti dei ⁊c. Ante initiū illi⁹ epistole scri
bit sanctus paulus di. Nolite mētiri
inuicem expoliātes vos veterem ho
minē cum actib⁹ suis: ⁊ induētes no=
uum hominē qui renouatur in agni
tione dei scd̄m ymaginē eius qui cre
auit illū. Tunc sequitur post hoc epi=
stola hodierna quaꝫ scripsit collocen=
sibus: ⁊ collocenses nominant̄ a ciui=
tate collicis [Fratres idutte vos] scꝫ
veste spūali [sicut electi dei] per fideꝫ
[sancti]per spem [⁊ dilecti]per chari
tatem: vel sic [electi dei] Ly. per eter=
nam predestinationem [sancti]per sa
cramētoꝝ perceptiōem [⁊ dilecti]per
augmentū gratie [viscera misericor=
die] lyra. quantū ad pietatis affectuꝫ
[benignitatem] quantum ad eius ef
fectum [humilitatem] que est virtu=
tum custodia ⁊ fundamentuꝫ [mode=
stiā] bene vtendo ꝓsperis [patientiā]
bene habendo se in aduersis [suppor
tantes inuicem] in infirmitatib⁹ ⁊ de=
fectibus [⁊ donantes vobismetipsis]
Lyra. offensas remittendo: quod ē ne
cessitatis [Si quis aduersus aliqueꝫ
habet querelam]. i. querele materiā
[sicut ⁊ dn̄s donauit vob̄] id est ita pu
re ⁊ integre [ita ⁊ vos] inuicem remit
tite peccata [Super oīa aūt hec chari
tatem habete] q̄ est maior ceteris vir=
tutibus [quod ē vinculum p̄fectōis]
Hor. q꞉ oīa que ad p̄fectōnē ptinēt si=
mul ligat [Et pax christi] Lyra. data ⁊
commendata a christo [exultet] id est
sit causa exultationis [in cordibus ve
stris: in qua et vocati estis in vno cor
pore] scilicet ecclesie sub capite chri=
sto. Horr. omnes enim vnum corpus
sumus in christo [et grati estote] scilꝫ
deo datori de tanto beneficio [verbū
christi] id est doctrina euāgeliȷ̄ que
specialiter verbum christi est: quia de
eius ore processit [habitet in vobis]
scilicet per iugem eius meditationeꝫ
[abundanter] id est non solum ad ve
stram: sed ad aliorum edificationem
[in omni sapientia] id est in om̄i scri=
pturarū intelligētia: vt omnium scri
pturarum intelligentiaꝫ et intellectū
habeatis [docentes] scilicet ignaros
[⁊ commonētes] scilicet pigros [vos=
metipsos]. i. vnus alium vos mutuo
ad diuinas laudes excitando: ⁊ hoc [ī
psalmis: hymnis et cāticis spūalib⁹]
Hor. de eternis bonis agentibus: ⁊ ce
lestem iocunditatem ostendentibus
[in gratia] Hor. id est in consideratio=
ne beneficioꝝ dei erga vos [cantātes
in cordibus vestris] Hor. id est nō tm̄
labiȷ̄s sicut illi d̄ quib⁹ dicit Isa. xxix.
Populus hic labiȷ̄s me honorat: cor
autem coruꝫ longe est a me [domio]
id est ad honoreꝫ domini in christo ie
su domino nostro.

¶ Dominica ī septuagesima i. Corinthi. ix.

Nescitis q̄ hi qui in
stadio currunt: om
nes quidem currūt
sed vnus accipit brauiū. Sic
currite vt comprehendatis.
Omnis eniꝫ qui in agone cō
tendit ab omnibus se absti=
net. Et illi quidem vt corru=
ptibilem coronam accipiāt:
nos autem incorruptā. Ego
igitur sic curro non quasi in
incertum: sic pugno nō qua
si aerem verberans: sed ca=
stigo corpus meuꝫ ⁊ in seruí=

tutem redigo ne forte cum a
liis predicauerim ipse repro
bus efficiar. Nolo eniz vos
ignorare fratres quoniā pa
tres nostri omnes sub nube
fuerunt: et omnes mare tran
sierunt ⁊ omnes in moyse ba
ptisati sunt in nube et mari.
Et omēs eandem escam spi=
rituale mādu cauerūt: et oēs
eundem potū spiritualem bi
berunt. Bibebant autem de
spirituali consequēte eos pe
tra. Petra aūt erat christus

Postilla.

¶ Nescitis ꝙ hi qui in stadio
currunt ⁊c. Ante initiū illius epistole
scribit sanctus paulus di. Factus suz
infirmis infirmus: vt infirmos lucri
facerem. Omnia autem facio ꝓpter
euangeliū: vt particeps eius efficiar
Tunc sequitur epistola. [Nescitis ꝙ
hi ꝗ in stadio currunt] Ubi notandū
ꝙ tp̄s qd̄ hodie ecclesia īcipit est tp̄s
deuotionis et penitentie. In signum
huius sancta mater ecclesia ī hoc sa=
cro tempore in cantu et lectionibus
in matutinis nobis insinuat ꝙ a deo
sumus elongati: et spiritualibus bo
nis spoliati ꝓpter inobedientiaz ade
et eue. Unde epistola ⁊ euangelium
in hoc concordant: ꝙ enī depaupati
sumus tunc sanctus matheus ī euan
gelio hodierno īuitat nos ad laborā=
dum in vinea dn̄i vt ditemur. Et qz
etiam a deo elongati sumus: tūc san
ctus paulus in epistola hodierna ꝓ
ponit nobis cursum: vt ad brauiū di=
uine visionis redeamus dicēs [Fra=
tres: nescitis ꝙ hi qui in stadio cur=
runt: omnes ꝗdem currunt] qz omēs
hoīes ad beatitudinē nituntur ꝑue=
nire quocunqz diuerso tramite ince=
dunt: vt dicit Boe. de cōsolatiōe phi.
li. iij. prosa. ij. [sz vnꝰ accipit brauiū]
id est premiū cursus. Notandū ꝙ sta
dium ē spaciū in quo pedites currūt
qd̄ Hercules dr̄ statuisse. Perficiunt
aūt vnū stadiū. cxxv. passus. Et stadiū
dicit̄ a stando: qz hercules tot passus
currebat ⁊ postea stabat ⁊ respirabat.
In fine huius spacij ponebat̄ aliqd
qd̄ erat p̄miū cursus vt equꝰ vel pur
pureus pannus: et hoc dicit̄ brauiuz
Et licet omnes ī hoc stadio currerēt:
vnus tn̄ solus accipiebat hoc brauiū
scz qui citius preueniebat. Sic in cur
su spūali vnus tm̄ scz ꝑseuerans acci
pit brauiū: qz ꝗ ꝑseuerauerit vsqz in
finē hic saluus erit [Sic currite] scz
ꝑ bona opera [vt comprehēdatis] scz
brauium eternū [Omnis enī qui ī a=
gone] id est ī pugna [contēdit] cū ad=
uersario [ab oībus se abstinet]. s. que
īpediunt ip̄m ꝓ assecutione victorie
[Et illi ꝗdem vt corruptibilē coronaz
accipiāt: nos aūt incorruptā] Ly. q. d.
si hoc faciūt ꝓ tꝑali p̄mio: multoma
gis debemus hoc facere ꝓ eterno p̄=
mio: abstinendo ab oībus impedimē
tis nostre salutis: exercitando nos in
oībus ꝓmotiuis [Ego igit̄ sic curro]
Hor. bonū opando [non quasi in icer
tum] Ly. qz sanctus paulꝰ certꝰ erat
de beatitudine futura per reuelatio=
nē diuinā [Sic pugno] scz cōtra tem
ptationes [non quasi aerē verberās]
id ē n̄ inaniter sicut ille ꝗ aerē ꝑcutit
ꝓ hoste [sz castigo corpus meū] Hor.
id est motus carnis illicitos reprimo
[et in seruitutē redigo]. s. ꝑ opatiōez
boni [ne forte cū aliis p̄dicaueri] Ly.
scz inducendo eos ad opa perfectōis
[ipse reprobus efficiar] Hor. i. a deo
reprobatus: quod turpe esset [Nolo
enim vos ignorare frēs] Ly. sed dili
genter attendere [quoniā patres nr̄i
oēs] tam boni ꝙ mali; [sub nube fue
runt] scz eos protegēte ab estu de die
in diem. Exodi. xiij. [et omnes mare
transierunt: et omēs in moyse bapti=
sati sunt in nube et in mari] Lyra:
id est signū baptismatis receperunt:
quia transitus iste maris et protectio

nubis figura fuit baptismatis[ꝛ omnes eandem escam spiritualem manducauerunt] Lyr. id est manna quod dicitur esca spiritualis: quia nō virtute nature: sed virtute diuine potētie fuit data de celo. Et etiam fuit figura eucharistie q̄ spiritualem hominem nutrit[ꝛ omnes eundem potū spūalē biberunt] scilicet aquaꝫ de petra eductam virtute diuina quando moyses bis ꝑcussit petrā. Exodi. xvij. [Bibebāt aūt de spūali] id est potū datū virtute xp̄i: q̄ figurabat aquaꝫ gratie ꝑ xp̄m dandam[cōsequente eos petra] Hoꝛ. aque vbiqꝫ sequebant̄ eos[Petra autē erat xp̄s] Uincen. nō in re sꝫ ī figura: de qua petra fluxit sanguis ꝛ aqua per apertionem lateris xp̄i in die parasceues.

¶ Dominica ī sexagesima. ij. ad Corinthi. xi.

Libēter suffertis insipiētes: cū sitis ipsi sapiētes. Sustietis enī. si quis vos in seruituteꝫ redegit: si quis deuoꝛat: si q̄s accipit: si q̄s extollitur: si q̄s in faciē vos cedit. Scd̄ꝫ ignobilitateꝫ dico quasi nos infirmi fuerimus in hac ꝑte ī quo q̄s audet. In insipiētia dico: audeo ꝛ ego. Hebꝛei sūt et ego: Israelite sunt et ego. Semē abꝛahe sunt ꝛ ego: Ministri xp̄i sunt ꝛ ego. Ut minus sapiens dico: plus ego ī laboꝛibus plurimis: in carceribus abundātius: in plagis supꝛa modum: in moꝛtibꝰ frequēter. A iudeis quinquies quadragenas. vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus suꝫ: ter naufragium feci. Nocte ac die ī profundo maris fui: ī itineribus sepe ꝑiculis fluminū; periculis latronū; periculis ex genere; ꝑiculis ex gentibus; ꝑiculis in ciuitate; periculis ī solitudīe; ꝑiculis ī mari; periculis in falsis fratribus: in laboꝛe ꝛ erūna: ī vigilijs multis: ī fame ꝛ siti: ī ieiunijs multis: ī frigoꝛe ꝛ nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt instātia mea quotidiana: sollicitudo omnium eccl̄iarum. Quis infirmat̄ ꝛ ego non infirmoꝛ? quis scādalizatur et ego nō vroꝛ? Si gloꝛiari opꝫ: q̄ infirmitatis mee sunt gl̄iaboꝛ. Deus ꝛ pater dn̄i nostri iesu xp̄i scit: q̄ est benedictꝰ ī secula q̄ non mentioꝛ.

¶ Postilla.

¶ Libēter suffertis īsipiētes cum ꝛc. Ante initiū illiꝰ epistole scribit sanctus paulus dicens. Ipse enīꝫ sathanas transfigurauit se in angelum lucis. Non est ergo magnū si ministri eius transfigurentur velut ministri iusticie. Tūc sequitur epistola hodierna. Et presens epistola ꝛ euangelium hodiernū in hoc concoꝛdant: quia euāgeliū dicit de seminatoꝛe q̄ exijt seminare semen suum: sic etiam epistola dicit de ꝑdicatoꝛe scꝫ sancto paulo: qui semē verbi dei seminauit per totum mundū: sicut patet in collecta de sancto paulo. Deus qui vniuersum mūduꝫ beati pauli ꝑdicatione docuisti: da nobis quesumꝰ vt cuius natalicia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus[Fratres libenter suffertis insipientes ꝛc.] Pro ītellectu illius epistole notandum est q̄

tempore apostolorum erant quidam
pseudo apostoli qui gloriabant et ia-
ctabant se esse iudeos natione:⁊ de se
mine abrahe descẽdisse. Et hoc facie
bant vt per hoc in maiori auctoritate
haberentur:⁊ eoꝝ false doctrine ma-
gis crederetur. Et nitebantur corin-
thios a libertate euangelij reducere
ad obseruantiã legis mosayce. Et ipi
corinthij sufferebant eos⁊ eis benefa
ciebant:⁊ eos apostolo preferebãt:mi
nus reputantes apostolũ ꝙ illos. Et
de hoc apostolus eos reprehendit in
hac epistola:⁊ ostendit quomodo ha
beat maiorez materiam gloriandi ꝙ
isti si expediat. Et in presenti epistola
enumerat apostolus plurima marty
ria sua ⁊ beneficia:⁊ opera bõa facta
ꝓ vtilitate ecclesie. Et etiam enume-
rat plrima q̃ passus est ꝓ fide:⁊ ꝓ no-
mine iesu xpi. Et hᵒ apostolus facie
bat vt illorũ pseudo apostoloꝝ falsita
tem repelleret: et maiorem fructum
faceret ad dei laudem ⁊ fideliuz salu
tem: propter quod sua gloriatio erat
virtuosa:illoꝝ autem viciosa. Unde
dicit[Fratres]Uincen. id est vos fra-
tres corinthij [libenter suffertis] id
est sustinetis patienter [insipientes]
id ẽ falsos apostolos ꝺ falsis false glo
riantes qꝺ ꝓprius est insipientiũ [cũ
sitis ipsi]id ẽ esse debetis[sapiẽtes]ꝙ
talibus falsis apostolis ⁊ seductorib⁹
non crederetis[Sustinetis enĩ si q̃s]
Lyra. pseudo apostolorum[vos]scilꝫ
a libertate xpi ⁊ euangelij[in seruitu
tem redigit]id est in obseruantiaz le-
gis:volebant enim eos subijcere ser
uituti legis dicentes debere eos ser-
uare legalia cuz euangelio[Si quis
deuorat]Ly. quia de bonis corinthio
rum laute viuebant[si quis accipit]
bona vestra decipiendo vos falsis et
mendacib⁹ verbis[si quis extollitur]
quia pseudo apostoli iactabãt se sup
corithios:dicẽtes se filios abrahe:co-
rinthios autem filios gentiliũ ydola
trie deditoꝝ ⁊ incircũcisoꝝ[si q̃s vos i
faciẽ cedit]Hor. id est i presentia vos

vituperat improperando:scilicet vo-
bis genus ꝙ sitis gentiles. Añ Am-
brosius. In faciem ceditur cui iniu-
ria irrogat[scđm ignobilitatez dico]
Hor. quam vobis obijciunt quidã iu
dei de semine abrahe se iactantes: et
vos spernẽtes tanꝙ ignobiliores ip-
sis[quasi nos infirmi fuerim⁹ in hac
parte]id est impotẽtes gloriari de ge
neris nobilitate : sed non sumus[in
quo quis audet in insipientia dico]
Horra. quia insipientiam estimat se-
ipsuz iactare ⁊ laudare[audeo ⁊ ego]
id ẽ audere possuz ⁊ ego[Hebrei sũt]
Ly. id est de lingua ⁊ natiõe hebraica
gloriant[⁊ ego] scilicet sum sicut ⁊ ip
si sunt[Israelite sunt] id est gloriant
ꝙ de patriarcha iacob descenderũt[⁊
ego]similiter descendi[Semen abra
he sunt]Ly. cui⁹ semini facte sunt re
promissiones[⁊ ego]scꝫ sum de eodẽ
genere: ⁊ ideo de omnib⁹ istis possuz
gloriari[mĩistri xpi sunt]id est dicũt se
esse ministros xpi[⁊ ego] scilicet suz
similiter[vt minus sapiẽs dico] quia
non est hominis sapiẽtis seipsuz lau
dare et per hoc ostẽdit se coactum in
laudem suam ꝓrupisse[plus ego].s.
sum minister xpi ꝙ ipi. Hoc patet ex
eo:quia plura passus sum ꝓpter mi
nisteriũ xpi. Tunc enumerat dicẽs[i
laboribus plurimis]ꝙ ipi[in carce-
ribus abundantius]Ly. propter pre-
dicationez euangelij[in plagis supra
modũ] id est vltra mensuram aliorũ
[in mortibus frequenter] id est in pi-
culis mortꝭ fui[A iudeis quiquies]
id est quinqꝫ vicibus[quadragenas]
scilicet ꝑcussiões vel plagas[vna mi
nus]hoc est. xxxix.[accepi]Preceptũ
eñi erat in lege Deut. xxv. si eum qui
peccauerat dignũ viderent plagis ꝓ-
sternerẽt eum ante se:⁊ coram se face
rent verberari ꝓ mẽsura peccati. erat
⁊ modus plagarũ ita dumtaxat vt q̃-
dragenariũ numerum nõ excederẽt.
Ne igitur imisericordes viderentur
subtrahebant minus quod poterant
scilicet vnam plagam [ter virgis ce-

sus sum] scꝫ hoc a gentilibus passus est[semel lapidatꝰ suꝫ] a iudeis Act. xiiij. Lapidantes paulū traxerunt eū extra ciuitatem existimantes eū mortuum esse[ter naufragiuꝫ feci]id est ꝑculi[nocte ⁊ die in profundo maris fui]Ly.scꝫ ad diuersas partes terre ⁊ insulas nauigando ꝓpter predicationem euangelij. Alij exponūt dicētes ꝙ naufragiuꝫ passus stetit sub aqua per diem ⁊ noctē virtute dei ipsuꝫ ꝓtegente[In itineribꝰ sepe] ꝓpter ꝑdicationem euangelij[ꝑiculis fluminū]Ly.in hyeme inundātiū: ⁊ sic sūt magna pericula in trāsitu aquaꝝ[piculis latronū]dyabolus eos concitādo cōtra paulum: vt predicatio verbi dei et salus aīarū impediret̃[ꝑiculis ex genere]supple meo:id est a iudeis volentibus pauluꝫ occidere:quia lege eorum deserta ad xp̄m se cōuertit [periculis ex gentibus]Ly.id est gētilibus mortē eius querētibus:qꝛ cōtra ydolatriā predicabat:⁊ sic nec iter suos nec inter alienos securꝰ fuerat [periculis in ciuitate]Lyr. supple cōmota contra me[periculis in solitudine]Lyra.id est a bestijs occurrentibus[periculis ĩ mari]a piratis ⁊ naufragijs[periculis in falsis fratribus] Ly.quod est periculosius Quia nulla pestis efficatior ad nocēdū ꝙ familiaris inimicꝰ[In labore] supple manuali[⁊ crumna]id est ĩ paupꝑtate[in vigilijs multis]propter laborem manualem ⁊ etiam orōnē[in fame ⁊ siti: in ieiunijs multis:in frigore et nuditate]qꝛ non habebat qn̄qꝫ sufficientē victū ⁊ amictū[ꝑter illa que extrinsecus sunt]Ly.preter illa mala iā enumerata que me exteriꝰ affligūt sunt alia que affligunt me interius scꝫ[in substantia mea quotidiana]Hor.que nec vna hora remittitur [sollicitudo omnium ecclesiarum]Ly.incumbebat enim sibi quotidie regimen ecclesiarum in magna affectione mentis: ideo subditur[Quis infirmat̃]lyra.ĩ fide ⁊ moribꝰ[⁊ ego non infirmor]dolens de malo eiꝰ.q.d. nullus [Quis scandalizatur]Ly.scilicet ruēs in peccatū exemplo alterius[⁊ ego nō vror] per compassioneꝫ.q.d.nullus[Si] ꝓ pro quia[gloriari oportet] quia oportebat paulum sic facere ad repellendam iactantiam ⁊ superbiam pseudo apostoloꝝ[Que ĩfirmitatꝭ mee sunt] Ly.id est que ꝑtinēt ad infirmitatem meā[gloriabor] hoc dicit ꝯtra falsos apostolos q̄ de nobilitate generꝭ gloriabantur[deus ⁊ pater dn̄i nostri iesu xp̄i scit:qui est benedictus in secula ꝙ non mentior]Tunc hic cōsequēter enumerat mala que euasit:dū eñ pergeret ī damascum ad persequendū xp̄ianos miraculose fuit cōuersus: ⁊ post baptismū intrauit synagogam ⁊ cōfundebat iudeos qui habitabant damasci ꝓpter quod suaserūt ꝑposito ciuitatis vt caperetur ⁊ occideretur vt habet̃ Act.ix. Ergo dicit[Prepositus gētis arhete regis custodiebat ciuitatem damascenoꝝ]id est custodire fecit per homīes armatos [vt me comprehenderet]Ly.vt traderer iudeis ad occidendum[⁊ per fenestraꝫ in sporta demissus sum per murum] scilicet a xp̄ianis [⁊ sic effugi manus eius. Si]pro qꝛ[gloriari oportet] me cōmendādo ꝓpter pseudo apostolos [non expedit quidem] propter me: licet expediat propter vestram vtilitatem[veniam autem ad visiones ⁊ reuelationes dn̄i. Scio hominē]Horr. de se tanꝙ de alio loquitur in sui cōmendatiōe vt vitet iactantiā[in xp̄o] manētem per gratiam: ⁊ sibi vnitum per fidem ⁊ charitatem [ante annos quattuordecim]tot enim āni fuerunt inter visionē ⁊ narrationem. Ex quo apparet eum hoc narrare nō ex iactātia:sed ex necessitate propter vtilitatē [siue in corpore]Hor.scꝫ manēte anima[siue extra corpus]assumpta[nescio deus scit raptuꝫ huiusmodi vsqꝫ ad tertium celuꝫ]id est empireū.Creditur raptus iste fuisse in sua ꝯuersione quādo fuerat tribus diebꝰ ⁊ tribꝰ

noctibus nec comedēs nec bibens[et scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corp⁹ nescio deus scit quoniā rapt⁹ est in paradisum] Glo. in eā tranquillitatē qua fruunt̄ illi q̄ sunt in celesti hierusalē[Et audiuit] id est percepit[archana verba]de dei essentia[que non licet] id est non est possibile:homini loqui: id est verbis explicare:pro huiusmodi:scilicet visi onibus gloriabor:et recte: pro me autem nihil. Lyra. a me nullam habeo materiam gloriādi ; nisi in infirmitatibus meis: id est in tribulationibus meis quas patior que sunt glorie acquirende. Nam ꝛ si voluero gloriari: lyra.ō donis mihi a deo datis:nō ero insipiens: q: hoc non facio inaniter ꝛ sine causa:veritatez enim dicam:parco autez:lyra.id est pce me laudo : ne quis existimet me: scilicet gloriari inaniter:super id quod videt in me : id est in cōuersatiōe mea: aut audit aliquid de me:id est ī doctrina mea.Multa enim dona dei latebāt in apostolo que nō manifestabat nisi prout ꝛ quātum ad dei gloriam ꝛ fideliuz salutē expediebat: et ne magnitudo reuelationū diuinarum extollat me in supbiaz:datus est mihi stimulus carnis mee.Glo.id est tēptatio libidinis[angel⁹ sathane] id est āgelus malign⁹ missus a sathan ad meam subuersionem[qui me colaphizet]id est me affligat[ꝓpter quod ter dominum rogaui vt discederet a me : ꝛ dixit mihi sufficit tibi gratia mea]Lyr.quasi dicat.Non est tibi necessarium vel vtile ꝙ a te discedat tēptatio carnis[Nā virtus in infirmitate perficitur] Glo.quia dum certat ꝛ vincit roboratur ꝛ augetur[Libenter enim gloriabor in infirmitatibus meis]Glo.non in vna tantum sed pluribus[vt inhabitet in me virtus xp̄i]id est gratia in me consummetur ꝛ perficiatur.

¶ Dominica in quinquagesima.i.Corinth.xiij.

SI linguis hominum loquar ꝛ angelorū: charitatem autē nō habeam factus sum velut es sonās aut cymbalū tinniens Et si habuero ꝓphetiā ꝛ nouerim misteria omnia:ꝛ oēm sciētiam:ꝛ habuero omnē fidē ; ita vt montes transferā: charitatem autem nō habuero:nihil sum. Et si distribuero in cibos paupez omēs facultates meas : ꝛ si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē autez nō habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiēs est:benigna est. Charitas nō emulatur:nō agit ꝑperaz: nō inflatur:nō est ambiciosa:nō q̄rit que sua sunt: non irritatur:nō cogitat malum:nō gaudet super iniq̄tate:cōgaudet autez veritati. Omia suffert:oīa credit: omnia spat: omīa sustinet. Charitas nunq̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabūtur: siue lingue cessabūt siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectuz est euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus: loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus : cogitabam vt paruulus. Cum autem fact⁹ sum vir euacuaui que erant paruuli. Uidemus nunc per

speculum in enigmate: tunc autem fa=

cie ad faciē. Nunc cognosco
ex parte: tūc aūt cognoscam
sicut nūc cognitus sum. Nūc
autem manēt fides spes cha
ritas tria hec. Maior autem
horum est charitas.

¶ Postilla.

¶ Si linguis hoim loquar ⁊
angeloꝝ ⁊c. Ante itiū illius epistole
scribit sanct⁹ paulus dicēs. Si quid
patitur vnū membrū: cōpatiunt oia
mēbra: siue gloriatur vnū membruꝫ
congaudent oia membra. Tunc seqt
epla hodier. [Fratres: si linguis ho-
minū loquar] Apostol⁹ in hac episto
la maxime cōmendat charitatē dei et
ꝓximi. Unde epla et euāgeliū cōcor
dant: qr euāgeliū dicit de passiōe xpi
quō est traditus: consputus: flagella
tus: crucifixus: in quibus oibus nob
ostendit suam maximam charitatem
Joh. xv. Maiorē charitatē nemo hꝫ
vt animā suam ponat quis ꝓ amicis
suis. Similiter in epistola hodierna
apostolus paulus ostendit nobis vti
litatē charitatis dicens. [Si linguis
hoim loquar] Hor. i. omniū hominū
per donū linguaꝝ [et angeloꝝ] scilicꝫ
quod plus est [charitatē autem non
habeam: factus suꝫ velut es sonās]
scilꝫ aliȷ̄ seruiens et seipm destruens
[et cymbalū tinniens] scꝫ alios dele-
ctans et seipsuꝫ cōsumēs [et si habue
ro omnem ꝓphetiā] Hor. qua occul-
ta diuina manifestantur et reuelant
[⁊ nouerim misteria oia] id ē occulta
veteris ⁊ noui testamēti [⁊ oēm sciaꝫ]
scꝫ diuinā et humanaꝫ [et si habuero
oēm fidem] scꝫ tam perfectam [ita vt
montes transferā] virtute fidei de lo
co ad locum [charitatē autem nō ha-
buero nihil sum] Ly. quantū ad esse
gratie [et si distribuero] Horra. id est
si pluribus diuisero [in cibos paupe
rum] nō in cōuiuia diuitū [omnes fa
cultates meas: non alienas [⁊ si tradi
dero corpus meū] Hor. volūtarie ad
martyriū: ita vt ardeam: id est ad cō-
burendū sicut beat⁹ laurentius: qꝺ ē
acerbissimū martyriū [charitatē autē
non habuero nihil mihi ꝓdest] ad vi
taꝫ eternā [Charitas patiēs ē] ly. i. fa
cit patientiā in malis sustinendis [be
nigna ē] id ē facit benignitatē in bo-
nis opandis [Charitas non emulat]
id est non īuidet [non agit ꝑperam]
id ē peruerse scꝫ impediēdo bona ne
fiant [nō inflatur] contra ꝓximū etiā
si ꝓspere succedat sibi [nō ē ambicio
sa] .i. aliȷ̄s non vult preponi [nō q̄rit
que sua sunt] tantū: sꝫ etiā que alioꝝ
sunt procurat [non irritat] Hor. i. non
ꝓuocatur ad iram vel vindictam pro
pter iniurias sibi illatas [nō cogitat
malū] .i. nō ꝑmittit hominē cogitare
qualiter ꝑficiat malū ī opere [nō gau
det sup iniquitate] Hor. sꝫ potius do
let si videt aliquē peccare [cōgaudet
aūt veritati] .i. verbis veritatis [Oia
suffert] Ly. infirmitates ꝓximi supe
rando [omnia credit] scꝫ que diuini
tus sunt tradita [omnia sperat] scꝫ di
uinit⁹ ꝓmissa [oia sustinet] ly. ꝑ lōga
nimitatem patienter expectādo pro-
missa [charitas nunquā excidit] nec
in hoc seculo nec in futuro: sꝫ potius
augmētabitur [Siue ꝓphetie] scꝫ fu
turoꝝ [euacuabunt] in futuro: qr oia
erunt p̄ntia [siue lingue cessabūt] scꝫ
in futuro quādo non erunt diuerse
sicut iam: sed oēs vna et eadē lingua
laudabūt deū [siue scientia] scꝫ acqui
sita [destruetur] quantum ad actū ra
tiocinandi [ex parte eī cognoscim⁹]
Hor. i. imꝑfecte cognoscim⁹ deū pro
pter imꝑfectionē ītellect⁹: et tenebro
sitatē p̄ntis status [et ex parte ꝓphe-
tam⁹] id ē imꝑfecte futura p̄dicim⁹
[Cum autē venerit quod perfectum
est] .i. futura beatitudo [euacuabit
quod ex parte est] id ē qꝺ īperfectū ē
scꝫ scientia: ꝓphetia: ⁊ fides. Et iā di-
cta apls declarat ꝑ sīle de statu pue-
rili īperfecto qui cessat aduenīēte sta
tu virili perfecto: ergo dicit [cū esseꝫ
paruulus] .s. etate [loquebar vt ꝑuu-

sus]iperfecte more pueri balbutiētis
sapiebā vt paruulus]scʒ res huma
nas:cogitabā vt puulus:scʒ vana et
inutilia[quando aūt factus sum vir]
gor.pfecte etatis[euacuaui ea q̄ sunt
paruuli]Glo.scʒ in loquēdo:cogitan
do:sapiēdo[Uidemus nūc].i.in p̄nti
deū[per speculū in enigmate] id est
obscure:hoc est p creaturas qꝛ in ma
gnitudine potentiā:in pulchritudine
sapientiā:in vtilitate bonitateʒ[tunc
aūt].i.i futura beatitudine [facie ad
faciē]ly.i.clare et nude videbim⁹ di=
uinā essentia[Nūc cognosco]scʒ deū
[ex parte].i.iperfecte ⁊ obscure:tunc
aūt.i.in futuro cognoscā perfecte et
presentialiter deum:sicut ⁊ cognitus
sum:id est puisus cognoscere [nunc
aūt]id est in tēpore vite[manēt fides
in rationali:spes in irascibili:et cari=
tas in concupiscibili[tria hec:maior
aūt hoꝝ est caritas]Gor.qꝛ ceteris de
cedentibus permanebit.

¶ Dn̄ica prima in quadrage
sima.ij.Corinth.vi.ca.

Hortamur vos ne in
vacuuʒ gratiam dei
recipiatis. Ait enim
tēpore accepto exaudiui te:
et in die salutis adiuui te:ec
ce nūc tp̄s acceptabile: ecce
nunc dies salutis: nemini dā
tes vllā offensionē:vt nō vi=
tuperetur ministeriū nr̄m : sed
in oībus exhibeam⁹ nosmet
ip̄os sicut dei mīstros i mul=
ta patiētia : i tribulationib⁹
in necessitatib⁹ : i angustijs:
i plagis:i carcerib⁹:i seditio
nib⁹.i laborib⁹:in vigilijs: i
ieiunijs:in castitate: in scia.
in longanimitate.in suauita
te. in spūsancto.in charitate
non ficta.in verbo veritatis
in virtute dei p arma iustitie
a dextris et a sinistris. p glo
riā ⁊ ignobilitatē.p infamiā
et bonā famā: vt seductores
⁊ veraces.sicut q̄ ignoti ⁊ co
gniti.q̄si moriētes et ecce vi
uimus vt castigati ⁊ nō mor
tificati. quasi tristes sp autē
gaudētes: sicut egētes: mul
tos autē locupletātes.tanq̄
nihil habentes et omnia pos
sidentes.

¶ Postilla.

¶ Hortamur vos ne i vacuū
graciā ⁊c. Ante iītiū illi⁹ ep̄le scribit
sctūs paul⁹ di. Oēs nos manifestari
oportet ante tribunal xp̄i : vt referat
vnusq̄sq; p̄pa p̄mia corpis put gesi
sit siue bonū siue malū. Tūc postmo
dum sequit ep̄la hodi. Et in p̄nti epi
stola hortat nos ap̄ls ad gratie habi
te exercitationē dicēs [Fratres:hor=
tamur vos]Uincē.ā monitione chari
tatiua inducendo [ne in vacuū graʒ
dei recipiatis] Uincē.gratia i vacuū
recipit q̄n hō post pctōꝝ dimissioneʒ
se nō exercet in bonis operibus[Ait
ei]dn̄s Jsa.xlix.[Tēpore accepto]ly.
id est tempore noue legis:quod ē tp̄s
gratie[exaudiui te]scilʒ orantem pro
peccatis[et in die salutis]in qua pōt
hō salutē suā operari[adiuui te]ly.s.
opera tua pficiēdo [ecce nunc tēpus
acceptabile]Uincē.i.ad merendū[ec
ce nunc dies salutis]quantū ad pre=
miū ꝯsequendū:qꝛ nūc stati post obi=
tum salus dat fidelibus sed in veteri
testamento differebat.Un̄ Luc.xxiij.
Hodie mecū eris in paradiso [nemi
ni dantes vllā offensionē] Gor.i.ne
minē verbo vel facto scandalizantes
[vt non].s.p vos [vituperet ministe=
riuʒ nr̄m]Ly.qꝛ mala subditoꝝ redū
dant in vituperiū p̄latoꝝ[sʒ in oībus
exhibeam⁹ nos sicut dei mīstros] scʒ

spi xp̄o nos cōformādo quantū possu
mus[in multa patientia] Hor.scȝ cor
dis:oris:ꝛ operis [in tribulationib⁹]
scȝ multiplicib⁹[i necessitatib⁹].s. vi
ctus et vestit⁹[in angustijs].i.i curis
[in plagis].i.in verberibus corporis
[in carcerib⁹]ly. ne possimus ad pre
dicandū discurrere [i seditionib⁹].i.
in cōmotionib⁹ ppl̄i contra me[in la
borib⁹]scȝ manuū[in vigilijs:in ieiu
nijs:i castitate] scȝ mentis ꝛ corporis
[in sciētia]scripturaꝝ [in longanimi
tate]scȝ expectatiōe premij[in suaui-
tate in spūsancto]Lyr.q̄ facit hoīem
dulcē ꝛ suauē ꝑximo verbo ꝛ facto[i
charitate non ficta].i.insimulata con
tra ypocritas [in verbo veritatis]scȝ
loquēdo cū ꝑximo [i ꝟtute dei]id ē
in deo:nō in nobis sperando:ꝛ cōfidē
do[p arma iustitie].i.opa iustitie nos
ꝓtegētia [a dextris] Ly.i.ne i ꝓspe-
ris p supbiā eleuemur [ꝛ a sinistris]
id ē ne i aduersis deijciamur [p gl'aꝫ
et ignobilitatē] lyr.aliq̄n apostoli re-
putati fuerunt gloriosi.ꝛ ēcōuerso ali
q̄n incarcerati fuerūt vt viles.ꝛ abie
cti: sicut patꝫ in legendis apostolorū
et aliorum sanctoꝝ[per infamiā ꝛ bo
nā famā] Ly.q: ab aliq̄b⁹ dicebātur
seductores: ab alijs vero dicebantur
apostoli veritatis predicatores [vt se
ductores] scȝ reputati in estimatione
maloꝝ hoīm q: xp̄us q̄ est veritas di
ctus ē seductor. Math.xxvij[et vera
ces]apud deū[sicut qui ignoti]Ly.i.
reprobati a malis [quasi morientes]
id ē ꝑicul' mortis expositi [Et ecce vi-
uim⁹]scȝ deo per fidem ꝛ grām. [vt
castigati] Hor.flagellis ꝛ pressuris vt
cessaremus a predicatione [ꝛ nō mor
tificati]scȝ desistendo a predicatione:
vel moriēdo corporal'r[quasi tristes]
scilicet reputati [semper aūt gauden
tes].s.veracit' in dño[sicut egētes].i.
mendici ꝛ pauperes [multos autem
locupletātes]scilꝫ diuitijs spūalibus
[tanq̄ nihil hn̄tes] lyr.q: apostoli ꝓ
pter xp̄m omnia tp̄alia reliquerunt.
[omia possidentes].s.non solum spi
ritualia:scȝ etiā temporalia:q: timen-
tibus deum nihil est difficile.

¶Dñica scd'a in quadragesi ma.i.ad Thessa l.iiij.ca.

Rogam⁹ vos et obse
cram⁹ in dño iesu vt
queadmodū accepi
stis a nobis quō vos oporte
at ambulare et placere deo:
sic et ambuletis ꝛ abundetis
magis. Scitis eni que prece
pta dederi vobis p dñm iesū
Hec est ei voluntas dei san-
ctificatio vestra vt abstinea
tis vos a fornicatione: vt sci
at vnusq̄sq3 vr̄m suū vas pos
sidere i sctificatiōe ꝛ honore
non i passione desiderij sicut
et gentes q̄ ignorāt deū. Et
ne q̄s supgrediat' neq3 circū
ueniat in negocio frēm suuꝫ
q̄m vindex ē dñs de his om
nibus: sicut prediximus vo-
bis: et testificati sumus. Nō
eni vocauit nos deus in im-
mundiciam: sed in sanctifica
tionem in xp̄o iesu domino
nostro.

¶Postilla.

¶Rogam⁹ vos ꝛ obsecram⁹
in domino ꝛcetera. Ante initium il-
lius epistole scribit sanctus paulus
di. Cum essemus apud vos et predi
cabamus vobis passuros vos tribu-
lationes sicut et factum est. Tunc se-
quitur epistola illa quam scribit pau
lus thessalonicensibus. et thessaloni
censes nominātur a thessalonica ci-
uitate: que est metropolis i macedo-
nia que est quedam pars grecie. Ubi
notandum q̄ epistola et euangeli-
um concordant. Nam euangelium

dicit de muliere chananea: q̄ cum cla
moribꝰ petiuit a dño iesu xp̄o sanatio
nē filie sue: q̄ grauiť vexabať a demo
ne sꝫ qꝛ clamores et petitiones nr̄as
deꝰ nō exaudit nisi a mūdo corde ꝓce
dant ideo apl̄s paulus in epistola ho
dierna ad mundationē et sanctifica=
tionē inducit dicens[Rogamus vos
⁊ obsecramus]Vincē. Rogare ē sim=
pliciť petere: sꝫ obsecrare ē cuꝫ neces
sitate rogare: et propter hoc addit a=
postolus[i dño iesu vt queadmoduꝫ
accepistis a nobis]scilꝫ a me ⁊ thimo
theo et siluano verbo et exēplo[quo
vos oporteat ambulare]scꝫ ꝓficiēdo
ꝑ viam mādatoꝝ dei[et placere deo]
Ly. caste et mūde viuēdo[sic ⁊ ambu
letis]Hor. scꝫ in bonis ꝓficiēdo ⁊ ꝑse
uerando[vt abundetis magis]id est
crescatis in virtutibꝰ ⁊ meritis[Sci
tis eī].i. scire debetis[q̄ precepta] scꝫ
euāgelica[dederī vobis ꝑ dn̄m iesū]
id ē de mādato ipīꝰ: cui simpľr ē obe=
diendum[hec est enī voluntas dei]
Vincē. s. bn̄placēs[scīificatio vr̄a].i.
vt scīficemini ī ꝟtutibꝰ[vt abstinea
tis vos a fornicatōe]Lyr. tanq̄ a deo
ꝓhibita[vt sciat vnusquisq꜃ vrꝫ suū
vas possidere].i. vxorē ꝓpriā[in scīfi
catōe ⁊ honore]Glo. vt sciat qn̄q꜃ etiā
ab vsu illicito abstinere locis ⁊ tēpori
bus sacris. ⁊ etiā tp̄e puerperij ⁊ men
strui[nō in passione desiderij].i. nō sp
satisfaciēdo desiderijs carnis[sicut et
gētes]faciunt[que ignorāt deū]Vin
cē. ꝑ verā fidē: ꝓpť qđ nō debetis assi
milari eis[et ne q̄s supgrediať]scꝫ ꝑ
violētiā[neq꜃ circūueniat]ꝑ fraudu
lentiam: ī negocio occulto[fratrē su
um]id est ꝓximū suuꝫ[qm̄ vindex est
dn̄s].i. vindictā facit[de oībꝰ his]scꝫ
de omni immūdicia: de omī iniuria ⁊
de omī fraudulētia: sicut ꝑdiximꝰ vo
bis in doctrinis nostris: testificati su
mꝰ testimonio scripturaꝝ: nō eī voca
uit nos deus. Vi. per internā inspira
tionē: et apertam ꝑdicationē[in im=
mundiciā].i. vt immūditie seruiamꝰ
[sꝫ in sanctificationē: vt sancte viua=
mus: ⁊ in sanctitate seruiamꝰ in xp̄o
iesu dño nostro]Vincen. id ē cū auxi
lio et adiutorio dn̄i nostri iesu christi.

¶ Dn̄ica tertia in quadragesima epistola ad ephe. v. ca.

Estote imitatores dei sicut filij charissimi et ambulate in dilectiōe sicut et xp̄s dilexit nos ⁊ tradidit seipsuꝫ pro nobis oblationem et hostiaꝫ deo in odorem suauitatis. Fornicatio aūt et omnis immūdicia auaricia nec noietur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquiꝫ: aut scurrilitas que ad rem non ꝑtinet: sed magis gratiarum actio. Hoc aūt scitote intelligentes q꜃ oīs fornicator: aut immūdus: aut auarus quod est ydoloꝝ seruitus non hꝫ ptez in regno xp̄i et dei. Nemo vos seducat inanibꝰ verbis. ꝓpter hec enīꝫ venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici ꝑticipes eoꝝ. Eratis enim aliqn̄ tenebre: nunc autem lux in dño: vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia ⁊ veritate.

Postilla.

¶ Estote imitatores dī sicut filij ⁊c. Ante initiū illius epistole scribit sanctus paulus di. Omnis sermo malus ex ore vestro non ꝓcedat: sꝫ si quis bonus est ad edificationeꝫ fidei vt det gratiam audientibꝰ. Tūc seqť pn̄s epistola: et in hac epistola aplus paulus ꝓponit doctrinā exemplarē

qua inducere possit nos a declinatōe
mali ad operationem boni ꝛ ꝓponit
nobis in exemplū dn̄m nostrū iesum
xp̄m: q: ip̄e est exemplar verissimum
oīm bonoꝝ dicēs [Fratres estote imi
tatores dei sicut filij charissimi] Ain.
mandatis eius obtemperādo: q: cha
rus filius mandatis paternalib⁹ ob-
temperat. Nota ꝙ sumus filij chari
ꝓpter imaginē creationis. chariores
ꝓpter ymaginem recreationis: cha-
rissimi ꝓpter ymaginem glorificatio
nis [ꝛ ambulate in dilectione] vera ꝛ
reali [sicut christus dilexit nos] synce
re ꝛ ex corde [ꝛ tradidit seipsum] non
aliū ꝓ nobis: cū adhuc inimici eram⁹
Ro. vi. [oblationē ꝛ hostiā deo] in cru
ce [in odorē suauitatis] Ly. q̄ oblatio
acceptissima fuit deo: q: ꝓcessit ex ma
gna charitate [fornicatio aūt]. i. luxu
ria [ꝛ oīs imundicia] Lyr. vt ꝑ hoc in
cludanꝫ oīa ad viciū luxurie ꝑtinen-
tia [aut auaricia]. i. imoderata cupi-
ditas hn̄di tp̄alia [nec noieꝫ in vob]
Ain. i. nō dꝫ famrai de vobis [sicut de
cet sctōs]. i. xp̄ianos: q̄ dicunꝫ sancti:
q: sanguine xp̄i redēpti [aut turpitu-
do] Hor. q̄ fit osculis ꝛ amplexib⁹ mu
lieꝝ [stultiloquiū] Ain. i. inhonest⁹ ꝛ i
decēs sermo [aut scurrilitas] Hor. scꝫ
in verbis iocosis ꝛ ad risuꝫ ꝓuocanti-
bus [q̄ ad rē nō ꝑtinent] Ain. q̄ nō est
edificatiua ꝓximi: nec vtilis loquen-
ti [sed magis gratiarum actō] supple
magis nominetur in vobis [hoc aūt
scitote intelligētes]. s. scripturas diui
nas [ꝙ oīs fornicator]. i. luxuriosus
cū soluta [aut imūdus] quocūqꝫ alio
modo luxuriosus [aut auar⁹]. i. vsur
pās res alienas ꝛ nimis diligēs ꝓpri
as [qđ est ydoloꝝ seruit⁹: q: cultū deo
debitū offert auro ꝛ argento [nō habꝫ
hereditatē in regno xp̄i ꝛ dei] Hor. i. i
regno celoꝝ: quod est dei ꝛ xp̄i: q: hō
interior reficiꝫ in visione diuinitatis:
hō exterior in visione hūanitatis xp̄i
[Nemo vos seducat] Ain. i. seorsuꝫ a
veritate doctrine christi ducat [inani
bus v̄bis]. i. ꝑsuasionib⁹ deceptoriꝭ

[ꝓpter hoc enīꝫ] q̄ dicta sunt ꝓhibi-
ta [venit ira dei] id est vindicta [in fi-
lios diffidētie] i peccatores qui de sa-
lute propria diffidebāt [nolite ergo ef
fici participes coꝝ] imitando [eratis
eīn aliqn̄ tenebre] Ly. i. inuoluti tene
bris ignorātie tēpore gētilitatis [nūc
aūt]. i. post cōuersionē vestrā ad fideꝫ
xp̄i [lux in dn̄o]. i. lucidi fcti estis per
donum gratie q̄ illustrat intellectuꝫ
in fide [vt filij lucis ambulate] Ly. ꝓ
cedendo de virtute in virtutem [fru-
ctus enim lucis] id est sancte vite scilꝫ
est [in omni bonitate] scꝫ cordium: et
iusticia ꝛ veritate.

¶ Dn̄ica quarta ad Gal. iiij.

Scriptum est quoni-
am abraham duos
filios habuit: vnum
de ancilla ꝛ vnum de libera.
Sed qui de ancilla secunduꝫ
carnem natus est: qui aūt de
libera ꝑ ꝑromissionē. Que
sunt ꝑ allegoriaꝫ dicta. Hec
enim sunt duo testamenta.
Vnuꝫ quidem datum in mō
te syna in seruitute generās
que est agar. Syna eni mōs
est in arabia qui coniunctus
est ei: qui nunc est hierusaleꝫ:
et seruit cum filijs suis. Illa
autem que sursuꝫ est: hierusa
lem libera est q̄ est mater no
stra. Scriptū est eīn. Letare
sterilis q̄ non paris: erūpe ꝛ
clama q̄ nō ꝑturis: q: mlti fi-
lij deserte magis q̄ȝ eius q̄ hꝫ
virū. Nos autē fratres secū
dum ysaac ꝓmissionis filij su
mus. Sed quō tūc is qui se-
cūdum carnē natus fuerat ꝑ
sequebaꝫ eū qui secūdū spiri

tũ: ita ⁊ nũc. Sꝫ q̄d dicit scp̄=
tura? Eÿce ãcillã ⁊ filiũ eius
Nõ eñi heres erit fili⁹ ancil=
le cũ filio libere. Ita frẽs nõ
sum⁹ ãcille filij sed libere qua
libertate xp̃s nos liberauit.

¶ Postilla.

¶ Scriptum est qm̄ abrahã duos ⁊c. Ante initiũ illi⁹ epistole scribit sanct⁹ paulus di. Emulamini aũt in bono semp. ⁊ nõ tm̄ cũ p̃ns sũ apd̃ vos Filioli mei q̄s iterũ percutio donec xp̃s reformet in vobis. Tunc p⁹ pauca sequitur ep̃la hodierna[Scriptũ ẽ qm̄ abrahã duos filios habuit] Ubi notãdũ q̄ nos oẽs filij dei sum⁹ per creationeꝫ: sed nõ oẽs per gratiã ⁊ qui hic in presenti fili⁹ dei per gratiam nõ fuerit in futuro filius glorie nõ erit. Et sic duplices filios hꝫ de⁹: de quibus d̃r in hodierna epistola p typũ filiorum abrahe: cum d̃r. Scriptuꝫ est. Gen̄. xxi. Qm̄ abrahã duos filios habuit: ismael ⁊ ysaac[vnũ] id est ismael[de ancilla] scꝫ agar: q̄ erat ãcilla sare vxoris abrahe[⁊ vnũ d̃ libera] id est de vxore ꝓpria. s. ysaac: quẽ sara genuit[Sed is q̄ de ãcilla] ismael[secundũ carnẽ natus est] id est p modũ naturalẽ sicut alij homines: ⁊ sine vlla promissiõe natus est[qui aũt de libera] id est de vxore ꝓpria scilꝫ ysaac [p repromissionẽ] scꝫ diuinã: q̄ꝛ ex ꝓmissiõe angeli sarra cõcepit: ⁊ cũ miraculo: q̄ꝛ pater centũ annorum erat: et mater nonaginta annorum[que sunt p allegoriam dicta]. i. per sensum alterum q̄ꝫ videntur verba sonare quia tã dicta debẽt intelligi mistice q̄ꝛ misticum sensum habent. Pro quo notandũ q̄ est quadruplex sacre scripture sensus. Hystoricus qñ factũ narratur. Tropologicus cuꝫ ex his q̄ facta sunt aliqua facienda ostendunt. Allegoricus cũ per id quod factũ est aliquid futurum intelligitur. Anagogicus secundum Aug. est per quem de supernis ⁊ eternis tractatur. Versus

Littera gesta docet quid credas allegoria, Moral' quid agas: quo tẽdas anagogia[Hec eñi sunt]. i. significãt [duo testamenta] scꝫ vetus ⁊ nouum [Unuꝫ quidẽ datũ] scꝫ vetus testamẽtum[in monte syna] scꝫ ipsi moysi in duab⁹ tabulis lapideis[in seruituteꝫ generans] supple iudeos: qui timore pene et ꝓmissione temporalium seruierũt ⁊ obedierunt deo nõ filialiter: sed seruiliter[q̄ est agar] id est que significatur p agar ancillam[Syna eñi mons est in arabia] scꝫ minori secundũ haymonẽ: qui sua magnitudine diuersas ꝓuincias tãgit: et sui extremitate vicinus est terre promissionis [qui coniũct⁹ est] id est vicinus est[ei] scilꝫ terre promissionis[que nunc est hierusalem: et seruit cum filijs suis] Ly. id est cum iudeis in seruitute legis[Illa autem hierusalem] id est ecclesia de gentib⁹ cõgregata[que sursum est] quo ad affectioneꝫ vel spẽ celestium[libera est] Uincen. id est in libertate euangelij posita est[q̄ est mater nostra] scꝫ sp̃ualiter nos generãs per baptismuꝫ[de qua scriptum est] Isay. liiij. [Letare sterilis que nõ paris] Lyra. i. ecclesia gentiũ de qua venit xp̃ianitas q̄ erat sterilis ab operibus bonis ante aduentũ xp̄i[erũpe] scꝫ q̄tũ ad gaudiũ intrinsecum[⁊ clama] quantũ ad gaudium extrinsecuꝫ [q̄ nõ pturis] Hor. id est ad generandũ filios xp̄o non conaris[q̄ꝛ multi filij deserte]. i. de seruitute gẽtilitatis ad xp̄m cõuerse: q̄ ante erat deserta a deo ꝓpter ei⁹ ydolatriã[magis q̄ ei⁹ q̄ habet virũ] id est synagoge: que in mõte syna despõsata fuit deo ĩ susceptiõe legis: q̄ꝛ sicut mulier regitur a viro: sic ⁊ iudei in veteri testamẽto regebant per legem moysi[Nos autẽ fratres] scꝫ xp̄iani[secundũ ysaac] id est ad similitudinẽ eius[ꝓmissionis filij sumus]. s. geniti per gratiã in baptismo[sꝫ quõ]. i. quẽadmodum[tũc is]. i. ismael[q̄ scd̃m carneꝫ]. s. natus

fuerat [psequebatur eũ q̄ scđz spm̄] id est ysaac q̄ secundũ pmissionē scz spiritussancti ex matre sterili natus ē [ita ꝛ nunc] id est in presenti mali pse quētur bonos [sꝫ qđ dicit scriptura] Gen̄.xxi.[Ejice ancillā].i.synagogaꝫ [ꝛ filiuꝫ eiꝰ].i.quēlibet de synagoga. Gor.i.ad litterā.Cuꝫ em̄ vidisset sara ismael ludētez cū filio suo ysaac ꝛ nō placuisset ei ludꝰ iste: dicit abrahe [ejj ce ancillā ꝛ filiū eiꝰ] q̄ ammonitus a dn̄o acqeuit ei: ꝛ eiecit agar ꝛ ismael. p quod figuratū fuit ꝙ synagoga cū cerimonialibus ꝛ obseruatōibꝰ suis a consortio fidelium erat in aduentu xp̄i abijcienda [nō em̄ heres erit filiꝰ ancille] Gor.i. iudeus filiꝰ synagoge [cum filio libere].i. cum xp̄iano filio ecclesie. In bonis em̄ temporalibꝰ p̄ mixti sunt mali cū bonis: immo qn̄qꝫ mali plus habent de temporalibꝰ sꝫ in hereditate soli boni participāt. vn̄ abrahaꝫ filijs cōcubinarum largitus est mūera: sed ysaac seruauit heredi tatem. Gen̄.xxv [Itaqꝫ fratres nō su mus ancille filij] Gor.i.synagoge: vt seruiamus legi ꝛ seruituti legalium subiecti [sed libere] id est ecclesie mili tātis [qua libertate] scꝫ a seruitute le gis [xp̄s nos liberauit] Ly.q̄ per suā bn̄dictā passionē legalia euacuauit.

¶ Dominica in passione dn̄i ad hebre.ix.

Fratres. Xp̄s assi stēs pontifex futu roꝝ bonoꝝ p ampli usꝫ perfectius tabernaculū non manufactum: id est non huiꝰ creationis neqꝫ per san guinem hyrcoꝝ aut vituloꝝ: sed per proprium sanguinez introiuit semel in sancta eter na redemptione inuenta. Si eniꝫ sanguis hyrcoꝝ aut tau roꝝ ꝛ cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad e mundationē carnis q̄to ma gis sanguis xp̄i: qui per spi ritūsanctū semetipsum obtu lit immaculatū deo emunda uit cōscientiā nostram ab o peribus mortuis ad seruien dum deo viuenti. Et ideo no ui testamēti mediator est vt morte intercedente in redē ptionez eaꝝ preuaricationū que erant sub priori testamē to: repromissionem accipiāt qui vocati sunt eterne here ditatis: ī christo iesu dn̄o no stro.

¶ Postilla.

¶ Fratres xp̄us assistens pō tifex ꝛc. Ante initiū illiꝰ epistole scri bit sanctus paulus di. ꝙ erat ī veteri testamento tabernaculum factū pri mū in quo erant candelabra ꝛ mensa ꝛ ppositio panuꝫ quod dr̄ sctā. Post secunduꝫ tabernaculū qđ dcit̄ sancta sctōꝝ: aureū habens thuribulū: ꝛ ar cham habens testamenti circūtectaꝫ ex oī parte auro: in quo erat vrna au rea et magna: ꝛ virga aaron que frō duit: ꝛ tabule testamenti. In priori q̄ dem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificioꝝ officia cōsum mantes. In secundo aūt semel in an no solus pontifex non sine sanguine quē offerret p sua et populi ignoran tia: que parabola est temporis instan tis. Tūc postea sequitur epistola ho dierna: in qua agitur de xp̄i sangui nis aspersione: et sue mortis passio ne. Et ostendit paulus efficatiam do minice passionis in redemptione hu mani generis dicens [Christus assi stēs] scilꝫ deo patri ad interpellādum pro nobis. Unde.i. Joh.ij. Aduocatū habemus apud patrem christum ie suꝫ qui est propiciatio p peccatis no stris [pontifex] Gor.ad hostiā pro no

bis offerendā ꝛ dator[futuroꝝ bonorum].s.grē ꝛ glīe ps.lxxxiiij.Gratiaꝫ ꝛ gliaꝫ dabit dn̄s.Iste introiuit tabernaculū.i.celū[peramplius].i.valde amplum.quia plures capit scꝫ oēs sanctos[ꝛ perfectius tabernaculum]Lyr. ꝙ fuit tabernaculuꝫ moysi:quia fuit mobile ꝛ portabile de loco ad locum. Illud aūt est immobile ꝛ eternū[Nō manufactū id est non huius creationis]id est humane factionis:sꝫ opere diuino creatum est celū[Neqꝫ p sanguinē hyrcoꝝ aut vitulorum]sicut intrabat pontifex veteris testamēti [sꝫ p propriū sanguinem]quē pro nobis effudit[introiuit]in ascēsione[in sancta]id est i celum[eterna redemptione inuenta] Uincen.que nō poterat inueniri in veteri testamento[Si eīm sanguis hyrcorum aut thauroꝝ ꝛ cinis vitule]mixtus aqua[aspsus]qui significabat futurā passionē xp̄i[inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis] secundū legeꝫ.oīs anima que tetigerat morticiniuꝫ immūda erat septem diebus itavt nō liceret ei ingredi tabernaculū p aspersionem eīm aq expiationis mundabat quo ad emūdationē carnis: qꝛ aīam emūdare nō poterat[ꝙtomagis sanguis xp̄i qui p spm̄sanctum]supple iubentē[semetipsum obtulit]voluntarie[immaculatuꝫ]id est absqꝫ oīn pctō[deo patri [emūdabit].i.perfecte mundabit[cōsciētiā nostrā].i.nō solū carnē sed etiam aīaꝫ[ab operibus mortuis] Uin.i. a peccatis mortalibus q̄ dicūtur opera mortua:qꝛ auferūt vitā gratie ꝛ faciūt obnoxiuꝫ mortis eterne ad seruiendū deo viuenti].i.simus apti ꝛ idonei seruitores dei viuentis[et ideo iesus xp̄s noui testamēti mediator ē iter deum ꝛ hoīeꝫ[vt morte itercedēte] Ly. id ē xp̄i morte interueniente per quā nouū testamētū est cōfirmatū:qꝛ passio xp̄i noui testamenti confirmatio [in redemptionē eaꝝ p̄uaricationū] id est transgressionuꝫ [que erant sub priori testamento]id est in veteri testamento quas p̄uaricationes vetus testamentū auferre nō poterat:sꝫ p xp̄i mortē sunt ablate[repromissionē accipiāt eterne hereditatis]id ē eternā hereditatē sepe ꝓmissaꝫ accipiāt per efficatiā passiōis christi[q̄ vocati sūt] Uin.i.qui p̄destinati sunt ad eternaꝫ vitam in xp̄o iesu domino nostro.

¶ Dominica i ramis palmarum ad Philip.ij.

Hoc enī sentite in vobis qd̄ ꝛ i christo iesu. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalē deo sed semetipm̄ exinaniuit:formam serui accipiens insimilitudinem hominum factus: et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsqꝫ ad mortem : mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum:et donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur:celestiū: terrestriuꝫ:et infernoꝝ. Et oīs lingua confiteatur quia dominus iesus christus in gloria est dei patris.

¶ Postilla.

¶ Hoc eīm sentite i vobis ꝛc. Ante initiū illius ep̄le scribit sanctus paulus di. Implete gaudiū meūvt idē sapiatis eandē charitateꝫ hn̄tes nihil p ɔtentionē agētes:neqꝫ per inanem gloriaꝫ: sed in humilitate superiores sibiīnuicē arbitrātes. Tūc sequit̄ epistola hodierna[Hoc eīm sentite ivobis qd̄ ꝛ in xp̄o iesu]Ubi sciēdū ꝙ sequens septimana maior vocatur: eo ꝙ maius ꝛ prolixius habet officiū, ꝛ p hoc

nobis datur intelligi ꝙ isto sacratissi
mo tp̄e magis q̄ alijs tp̄ibus deo ser
uire debem⁹. Itē dr̄ scā q̄m in ea im
pij iustificant̄. qꝛ in ea penitētes absol
uūtur. ⁊ ecclesie recōciliant̄. Item dr̄
penosa qꝛ dn̄s noster iesus xp̄s in ea
laborauit ⁊ penas ꝓ nobis sustinuit:
⁊ nos per suam amarā passionē rede-
mit. idcirco apostolus paulus ī hac
epistola hortatur nos ad christi imita
tōnē. d. [Fratres. Hoc eñ sentite] Hor.
id est experimēto agnoscite [i vobis]. s.
mēbris qꝛ mēbra debēt sentire dolorē
capitis [qđ ⁊ in xp̄o iesu] supple q̄ fuit
humilis quā humilitatē habere de
betis interius in corde: ⁊ nō solū exte
rius sicut ypocrite [qui] scꝫ xp̄us [cuꝫ
in forma dei esset] vnus ī essentia cū
deo p̄re [nō rapinā arbitratus est di-
cēdo eē se equalē deo]. s. p̄ri scđꝫ diui
nam naturā: sic angelus lucifer ⁊ pri-
mi parentes: q̄ scđm Aug. voluerunt
rapere diuinitatem ⁊ ꝑdiderunt feli-
citatem [sed semetipsum exinaniuit]
id ē maxie hūiliauit [formaꝫ s̄ui acci-
piēs] Un. i. hūanitatē assumēs ī qua
nobis s̄uiret [ī silitudinē hoīꝫ fact⁹]
passibil' ⁊ mortal' silis alijs hoīb⁹ ⁊ ali
os defect⁹ nature hūane assumēdo [⁊
habitu]. i. ī ꝯuersatione [inuēt⁹]. s. est
[vt hō] qꝛ īter hoīes duxit vitā cōmu
nē. Luc. vij. Uenit filius hoīs mādu-
cās ⁊ bibēs [hūiliauit semetipꝫ] Lyr.
ad dāđ nob̄ exēplū [fct̄ꝰ obediēs]. s.
deo p̄ri [vsq3 ad mortē mortē aūt cru-
cis] Hor. q̄ erat pena latronū Sap. ij.
Morte turpissima cōdēnem⁹ eū [ꝓp
qđ ⁊ de⁹] scꝫ p̄r [exaltauit illū] Lyr. in
sua resurrectiōe ⁊ ascēsiōe. xp̄s glīaꝫ
sui corꝑis ⁊ eius exaltationē ad celos
meruit per suā passionem [Et dona-
uit illi nomen qđ est super omne no-
mē] Hor. hoc nomen. s. deus: vt scꝫ il-
le qui est homo dicatur deus ⁊ vera-
citer sit [vt in nomīe iesu omne genu
flectatur: celestiū terrestriū ⁊ inferno
rū] Ly. i. vt oēs sibi exhibeant reuerē
tiam. angeli homines. ⁊ demones [et
omnis lingua cōfiteatur] scilicet cor-
poralis ⁊ sp̄ūalis. i. humana ⁊ angeli-
ca [qꝛ dn̄s noster iesus xp̄s in gloria ē
dei patris] Ly. qꝛ secundū deitatē est
vna gloria patris ⁊ filij.

¶ In die pasche. i. Corith. v.

Expurgate vetus fer
mētū: vt sitis noua
cōspersio sicut estis
azimi: etenī pascha nostrum
īmolatus ē xp̄s: itaq3 epule-
mur nō in fermento veteri:
neq3 in fermēto malicie ⁊ ne
quitie sed in azimis sinceri-
tatis et veritatis.

¶ Postilla.

¶ Expurgate vetus fermētū
vt sitis ⁊c. Añ initiū illi⁹ epistole scri-
bit sanctus paulus. d. Nescitis qꝛ mo
dicū fermētū totā massaꝫ corrumpit.
Tūc sequitur ep̄la hodierna. Ubi no
tādum ꝙ hoc tempore xp̄s trāsiuit a
mortalitate ad īmortalitatē ad quā ēt
in generali facit nos trāsire qui pas-
cha digne celebramus ⁊ digne ꝯmu-
nicam⁹. Et ad hoc monet nos aposto
lus in presenti epistola dicēs [Expur-
gate vetus fermētū]. i. corruptioneꝫ
cuiuslibet peccati mortalis. Sciendū
ꝙ per fermentum hic apostolus ītel
ligit peccatū. quia sicut fermentū cor
porale si diu manet ī massa. anteq̄ ex
eo fiat panis totam massam corrum-
pit ⁊ immutat facitq3 ipsam acidam:
sic ipsum peccatū totā massam gene-
ris humani corrumpit in transgressi
one primi hominis et adhuc immutat
hoīeꝫ ⁊ opera. Et vocat̄ peccatuꝫ hic
vetus fermentū: qꝛ facit hoīes fieri si
miles ade: facitq3 nos dissimiles iesu
xp̄o cuius vita erat ī nouitate sancti-
tatis ⁊ veritatis et grē [vt sitis] id est
esse possitis [noua ꝯspersio id] est mū
da farina ⁊ alba aqua gratie cōgluti-
nata. Est aūt cōspersio farina ꝑ aquā
ꝯglutinata sine fermento: ⁊ significat
christi fideles aqua baptismatis ablu-

tos in charitate cōglutinatos [noua cōspersio sicut estis azimi] id est sicut fuistis in baptismo sine fermēto pcti puri effecti sic maneatis: quasi diceret vos tenemini ad hoc qr facti estis azimi id est puri in baptismo[Etenī]ppterea xp̄s qui est[pascha nostrū]id est verus agnus paschalis[immolatus est]supple in cruce corporaliter: et in altari sacramentaliter[itaqꝫ]id est ꝑterea: epulemur: id est manducemꝰ cibum istum[nō in fermento veteri] Vincen. i. in cōsciētia alicuius peccati mortalis[neqꝫ ī fermēto malicie: et neqtie]Tho. malicia dr̄ peccatuz qd̄ quis cōmittit in aliuz. nequitia in semetipsuz: sed in azimis. Hor. id est in puritate sinceritatis: scꝫ ad deum: et veritatis ad primum.

Feria. ij. pasche Actuū. x.

Stans petrus in medio plebis dixit. viri fratres vos scitis ꝙ factū ē verbū p vniuersaz iudeā. Incipiēs eīi a galilea post baptismū qd̄ predicauit iohēs iesum a nazareth quō vnxit eum deus spiritusācto et virtute: q̄ ptransiuit benefaciendo et sanādo oēs opp̄ssos a dyabolo: qm̄ deus erat cū illo. Et nos testes sumus oīm que fecit in regiōe iudeorū et hierl'm: quē occiderūt suspendentes in ligno. Huc deꝰ suscitauit tertia die. Et dedit eū manifestuz fieri nō oīni populo: sed testibꝰ preordinatis a deo: nobis q̄ manducauimꝰ et bibimus cū illo postq̄ʒ resurrexit a mortuis: et ꝑcepit nobis ꝑdicare pplo et testificari: qr ipse est q̄ ɔsti-tutus est a deo iudex viuorꝫ et mortuorum. Huic oēs prophete testimoniuz perhibēt remissionem peccatorꝫ accipere per nomen eius: oēs q̄ credūt in eū.

Postilla.

Stans petrus ī medio plebis &c. Ante initiuz illius ep̄le scribit sanctus lucas ꝙ sanctus petrus apostolus dixit. In veritate comperi: qm̄ non est ꝑsonarꝫ acceptor deꝰ: sed in oī gente que timet deū et opatur iusticiā acceptus ē illi. Tunc sequitur ꝑsens epistola [In diebꝰ illis stans petrus ī medio plebis dixit: viri fratres vos scitis]Lyr. qr inter iudeos habitastis [ꝙ fctm̄ est verbū]Vincen. i. res p vbū signata[per vniuersam iudeā. Incipiens em̄ a galilea]ibi icepit iesus ꝑdicare: vt habet Luc. iiij. [post baptismū]quia ante non legitur publice ꝑdicasse[qd̄ predicauit iohānes iesū a nazareth] id est quod mysteriū xp̄i venturi iohannes ꝑdicauit: vt ptꝫ in euāgelijs[quomō vnxit eū deus] scꝫ iesuz in hūana natura[spū sancto] id est plenitudine gratie[et v̄tute] in operatione miraculorꝫ[qui pertransiuit benefaciendo]quantum ad informationē populi[et sanando]mente et opere[oēs opp̄ssos a dyabolo: qm̄ deus erat cum illo] per plenitudinem gratie[Et nos testes sumꝰ omniuz q̄ fecit ī regiōe iudeorꝫ et hierusalē: quē occiderūt suspēdētes ī ligno Hūc deꝰ suscitauit tertia die: et dedit cum manifestū fieri]Ly. p multa argumenta resurrectionē suam declarando[non omni populo sed testibus preordinatis a deo]Ly. Resurrectio xp̄i primo manifestata est apostolis et existentibꝰ cum ipsis: per quos postmoduz alijs manifestata est[nobis q̄ manducauimus et bibimus cū illo] ad declarandum veritatē sue resurrectōis[postq̄ resurrexit a mortuis: et precepit nob ꝑdicare pplo: et testificari qr ip̄e ē qui

cōstitutus est a deo] scilicet patre [iudex viuoꝝ] scʒ qui viuunt vita gratie [et mortuoꝝ].i. iniquoꝝ q̄ mortui sūt morte culpe. Propter qḋ dr Joh. vi. Pater om̄e iudiciū dedit filio [Huic oēs ꝓphete testimoniū ꝑhibēt] quasi diceret. nos soli nō sum⁹ testes eius: ſʒ etiā ꝓphete antiq̄ diuinit⁹ īspirati q̄ ꝓphetauerūt de xp̄o [remissionem pctōꝝ accipe per nomē ei⁹] Johel.ij. Quicūqʒ inuocauerit nomē dn̄i saluus erit [omnes qui credunt in euʒ] Glo.ordi. fide cum operibus.

¶Fer.iij. pasche Actuū.xiij.

Surgēs paul⁹ et manu silentiū indicens ait. Viri fratres filij generis abrahā et qui in vob timēt deū vobis verbū salutis hui⁹ missum est. Qui em̄ habitabāt hierusalē et principes eius ignorantes iesum: et voces ꝓphetaꝝ que ꝑ om̄e sabbatuʒ legunt᷑ iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inueniētes in eo petierunt a pylato vt interficerent eū. Cumqʒ cōsummassent oīa q̄ de eo scripta erāt: deponentes eū de ligno posuerunt in monumento. De⁹ vero suscitauit eū a mortuis tertia die: q̄ visus est ꝑ dies multos his qui simul ascēderant cū eo de galilea in hierusalē q̄ vsqʒ nūc sunt testes eius ad plebē. Et nos vobis āñūciam⁹ eā q̄ ad p̄res nr̄os repromissio facta ē: quoniaʒ hanc deus adimpleuit filijs vestris resuscitās iesum christum domninum nostrum.

¶Postilla:

¶Surgēs paulus et manu silentiū indicēs ꝛc. Ante initiū illi⁹ epistole scribit sanctus lucas: ꝙ sanctus paulus dixit iudeis: quō olī filij israel postulauerūt sibi regē: et dedit illis de⁹ saul filiū cis virū de tribu beniamin ānis.xl. Et post hūc ḋdit illis dd̄ regē: de cui⁹ semine nat⁹ ē xp̄s saluator p̄dicāte iohāne añ faciē aduētus eius baptismū penitētie oī ppl'o israel. Cū aūt impleret iohānes cursum suū dicebat. Quē me arbitramini eē nō suʒ ego: ſʒ ecce venit post me cui⁹ nō suʒ dign⁹ calciamēta pedū soluere Tūc sequit᷑ epistola p̄ns [In dieb⁹ illis: surgēs paulus et manu silentium indicens] Ly. vt melius a tanta multitudīe audiret᷑ [ait. Viri fratres filij generis abraham ꝛc q̄ invobis timēt deum vobis verbū] scʒ incarnatū [salutis hui⁹ missuʒ est] scʒ p̄ncipaliter: tum qr iesus xp̄s iudeis in ꝓpria ꝑsona p̄dicauit: tum qr ī medio iudee scʒ in hierusalē operatus ē salutē [Qui enī habitāt hierusalē] Lyr. quantum ad vulgares [et principes eius] quātū ad maiores [ignorantes iesuʒ] scʒ esse xp̄m verū deū et saluatorē hominū [et voces ꝓphetaꝝ que ꝑ oē sabbatū legunt᷑ iudicantes] scʒ iesuʒ morte esse dignuʒ [ipleuerūt] ꝓphetias p̄dictas de ei⁹ passiōe: scḋm ꝙ dr Jsa.liij. Tāq̄ ouis ad occisiōeʒ ducet᷑. Jtē hier.xi Ego quasi agnus mansuetus q̄ portatur ad victimā [et nullā cām mortis inuenientes in eo] sicut patet ex euāgelio et pylati testimonio [petierunt a pylato vt interficerēt eū] ꝑ milites ipsius: et licet p̄mo restiterit: tñ finaliter petitioni eoꝝ acqeuit iudeoꝝ fauore: et cesaris timore [Cūqʒ ꝯsummassent oīa que de eo scripta erāt] scʒ ipsi peruersi iudei [deponentes eū de ligno] scʒ ipi bōi iudei ioseph de arimathia et nichodemus [posuerūt eū in monumēto. Deus xo] scʒ pater [suscitauit eum] scʒ hoīem christum [a mortuis

tertia die:qui visus est]viuẽs[p dies
multos]id est quadraginta[his] id ẽ
apostolis[qui simul ascẽderũt cuꝫ eo
de galilea in hierusaleꝫ[qui vsqꝫ nũc
sunt testes ei⁹ad plebẽ]p operatõem
miraculoꝝ in nomĩe ipsius[ꝛ nos vo
bis annunciam⁹ eam que ad patres
nostros repromissio fctã est]scꝫ d̃ chri
sti incarnatione ꝛ passione ꝛ eius re=
surrectione[quoniam hanc deus ad
impleuit filijs vestris:resuscitans ie=
sum xp̃m dñm nostrũ].

¶Feria.iiij.pasche Actu.iij.

APeriẽs petrus os
suũ dixit Uiri isra
elite ꝛ qui timetis
deũ audite. Deus abraham
ꝛ de⁹ ysaac ꝛ deus iacob:de⁹
patrũ nostroꝝ glĩficauit fili=
uꝫ suũ iesuꝫ:quẽ vos q̃dẽ tra
didistis:ꝛ negastis añ facieꝫ
pylati iudicante illo dimitti.
Uos aũt sctm̃ ꝛ iustũ nega=
stis:ꝛ petistis viꝝ homicidã
donari vob̃: auctorẽ xͦo vite
ĩterfecistis:quẽ deus suscita
uit a mortuis:cui⁹nos testes
sum⁹. Et nũc frẽs scio qꝛ p ig
rãtiã fecistis:sicut ꝛ p̃ncipes
vestri. Deus aũt q̃ prenũcia
uit p os oĩm ꝓphetarũ pati
xp̃m suũ ipleuit sic. Penite=
mini igit̃ ꝛ ꝯuertimini:vt de
leantur peccata vestra.

¶Postilla.

¶Aperiẽs petrus os suũ di
xit.Uiri ꝛc. Ante initiuꝫ illius episto
le scribit sctũs lucas ĩ eod̃ ca.ꝙ sctũs
petrus dixit ad quẽdã virũ claudum
ex vtero matris sue. Argentũ ꝛ auꝝ
nõ est mihi:quod aũt habeo hoc tibi
do. In noĩe iesu nazareni surge ꝛ am
bula:qui statim surrexit ꝛ ãbulauit:
ꝛ oĩs ppl̃s ãmirabat̃ in eo qd̃ cõtige
rat illi. Tũc statim sequitur epistola
hodierna[In diebus illis.Aperiens
petrus os suuꝫ dixit. Uiri israelite et
qui timetis deũ audite deus abrahã
ꝛ deus ysaac ꝛ deus iacob]Ly.vtitur
hoc modo loquẽdi: qꝛ cõis vsus erat
apud iudeos in assertiõib⁹ veritatis
taliter iurare[deus patrũ nostroꝝ] q̃
ẽ oĩpotẽs[glorificauit filiũ suũ iesuꝫ]
cũ resuscitando:ꝛ ad suã dexterã col=
locãdo[quẽ vos quidẽ tradidistis]scꝫ
pylato ad interficiẽdũ[et negastis añ
facieꝫ pylati]dicẽdo nõ habemus re=
gem nisi cesarẽ[iudicante illo] scꝫ py
lato[dimitti]sup. debere iesum sicut
innocentẽ Ioh.xix. [Uos aũt sanctũ
ꝛ iustũ negastis: ꝛ petistis virũ homi
cidaꝫ donari vobis] scꝫ barrabã:qui
ꝓpter seditioneꝫ ꝛ homicidiũ missus
erat in carcerẽ[auctorẽ vero vite]scꝫ
spũal̃ ꝛ corpalis[ĩterfecistis] ĩ huma
nitate assumpta[quẽ deus suscitauit
a mortuis]per suã oĩpotentiã[cuius
nos testes sumus] qꝛ comedim⁹ ꝛ bi=
bimus cũ eo post resurrectionẽ suaꝫ
[Et nũc fratres]Ly.dulciter eos al=
loquit̃:vt verbũ eius magis recipia
tur[scio qꝛ p ignorantiã fecistis sicut
ꝛ principes vestri]Lyr.alia tamẽ fuit
ignorantia hic ꝛ ibi. Nam principes
qui erant litterati per sc̃pturas q̃ pre
dicte erant de xp̃o per ei⁹ opera p̃mo
cognouerũt de iesu nazareno ꝙ erat
xp̃s in lege ꝛ ꝓphetis ꝓmissus. Sed
qꝛ cepit predicare cõtra vicia eoꝝ pu
blice:cõceperũt cõtra eũ inuidiam et
odiũ: ꝛ sic ĩ eis fuit subuersa dicta no
ticia:qꝛ corruptio affectionis corrum
pit iudiciũ ratiõis: ꝛ in augmẽtũ sue
malicie deceperũt populuꝫ simplicẽ:
inducẽtes eum ad petenduꝫ mortem
xp̃i:vt habet̃ Math.xxvij. P̃ncipes
aũt sacerdotũ ꝛ seniores psuasẽrt po=
pulis vt peterẽt barrabã:iesuꝫ xͦo p=
derẽt. Et sic ptꝫ ꝙ ignorantia p̃ncipũ
fuit mlt̃o grauior q̃ ppl̃oꝝ[De⁹ aũt
qui prenũciauit per os omniũ ꝓphe
taꝝ]Glo.or.vno ore locuti sunt omẽs

pphete de xpo[pati xpm suuz sic im
pleuit. Penitemini igitur]quia feci
stis per ignorantiã[et conuertimini]
de malis vestris[vt deleantur pecca=
ta vestra]

¶Dñica prima post pascha
i. Johan. v.

OMne quod natũ est
ex deo vicit mundũ
et hec est victoria q̃
vincit mundũ fides nostra.
Quis est aũt qui vincit mũ
dum nisi qui credit: quoniaz
iesus est filius dei. Hic ẽ qui
venit per aquam et sangui=
nem iesus christus. Non in
aqua solum: sz in aqua ⁊ san
guine: et spiritus ẽ qui testi=
ficatur: qm̃ xp̃us est veritas
Quia tres sunt qui testimo
niũ dant in celo: pater: vbũ:
⁊ spũssanctus: ⁊ hi tres vnũ
sunt. Et tres sunt q̃ testimo=
nium dant in terra: spũs: aq̃
et sanguis. Si testimonium
hoiz accipim⁹ testimoniũ dei
mai⁹ est: qm̃ hoc est testimo
niũ dei quod mai⁹ ẽ: qz testi
ficat⁹ est de filio suo: qui cre
dit in filiũ dei hz testimoniũ
dei patris i se. ¶Postilla

¶Omne qd natũ est ex deo
vincit mundũ ⁊c. Ante initiuz illius
epistole scribit sanct⁹ iohãnes dicẽs.
Hec est enim charitas dei vt mãdata
eius custodiam⁹. Et mãdata ei⁹ gra
uia non sunt. Tunc seqtur epl̃a p̃ns
[Omne quod natũ est ex deo ⁊c.] In
illa epistola sanctus iohannes cõmen
dat fidem catholicam: qz nihil ea po=
tentius nec nobilius nec vtilius nec
verius nec certius: sicut patet i textu
et glosa p̃ntis epl̃e. Unde dicit[Omẽ
quod natũ est ex deo] Uincen. spũali
generatione. Hec autem spiritualis
natiuitas fit per duo. Primo baptis=
mali lauacro. Scdo spũali remedio
[vicit mundũ] Ly. tẽptationes ⁊ p̃se=
cutões mũdi [Et hec est victoria que
vincit mundũ] Uin. qua tẽptatio hu
mana superat̃[fides nostra] Per fi=
dem ei habitat xp̃s i cordibus fideliũ
in quo est victoria [Quis est aũt qui
vincit mundũ: nisi q̃ credit qm̃ iesus
est filius dei] scz naturalis et eiusdez
nature cũ eo[Hic est q̃ venit]supple
ad saluandum hoies [per aquã] ba=
ptismi[et sanguinẽ] passionis ⁊ redẽ
ptionis[iesus christus. Non in aqua
solum]Uincen. id est non solũ sancti
ficauit aquã baptismi[sed in aqua et
sanguine]que fluxerunt de latere in
cruce dedit virtutem etiã ceteris sa=
cramentis. Johan. xix. Unus militũ
lancea latus ei⁹ pforauit: ⁊ continuo
exiuit sanguis et aqua [Et spũssan=
ctus est qui testificatur]id est testimo
niũ dedit[quoniã xp̃s est veritas]id
est verus deus ⁊ verus hõ[quia tres
sunt qui testimonium dant in celo]
Uin. de diuinitate christi[pater ver=
bum ⁊ spiritussanctus] Pater in ba
ptismo christi dedit testimoniũ de dei
tate christi vbi vox patris audita est.
Hic est filius meus dilect⁹. Mat. iij.
Item in mõte transfigurationis qñ
iterum vox patris audita est. Hic est
filius meus dilectus Math. xvij. Si
militer verbũ vnitum carni in vtero
virginis testimoniũ dedit sue deita=
tis. Primo nascendo de virgine sine
corruptiõe virginis. Secundo i hũa
nitate multa miracula faciẽdo q̃ soli
deo competebant. Similiter spũssan
ctus testimoniũ dedit de deitate xp̃i
in baptismo: quando in spẽ columbe
super eũ descendit [et hi tres vnum
sunt]q̃tuz ad essentie vnitatem. [Et
tres sunt qui testimoniũ dant in ter=
ra]supple de humanitate christi que
de terra formata est scdm carnẽ[spi

ritus]id est anima quā emisit in cru-
ce[aqua ⁊ sanguis]q̄ fluxerunt de la
tere eius pendentis in cruce[Si testi
moniū hoīm accipimus] Lyr. tanq̄
sufficiēs in rebus humanis. vnde de
hoc habetur Deut. xix. In ore duorū
vel trium testiū stabit omne verbuꝫ
[testimoniuꝫ dei]scꝫ patris[maius ē
qm̄ hoc est testimoniū dei qđ maius
est:quia testificatus ē de filio suo] scꝫ
in baptismo ⁊ transfiguratione:sicut
iam dictū est.[Qui credit in filiū dei
hꝫ testimoniū dei patris in se] quod
verum testificatus sit de filio suo.

¶ Dñica. ij. post festū pasche i. Petri. ij.

Christ⁹ passus est pro
nobis vobis relin-
quēs exemplū vt se
quamini vestigia eius q̄ pec
catū non fecit nec inuentus
ē dolus in ore eius. Qui cuꝫ
malediceret̄ non maledice-
bat:cum pateret̄ nō cōmina
batur. Tradebat aūt iudicā
ti se iniuste. Qui peccata no
stra ipē pertulit in corpe suo
sup lignum:vt peccatis mor
tui iustitie viuam⁹ cuius li-
uore sanati estis. Eratis enī
sicut oues errantes : sed con
uersi estis nunc ad pastorē ⁊
epm̄ animarū vestrarum.

Postilla.

¶ Christus passus est pro no
bis ⁊c. Ante introitū illius epl̄e scribit
sanctus petrus dicēs. Serui subditi
estote in omni timore dñis vr̄is non
tantum bonis et modestis sꝫ etiā di-
scolis. Hec est enī grā dei in xp̄o iesu.
Tūc sequit̄ p̄ns epl̄a in qua sanctus
petrus ꝓponit nobis xp̄i passionem:
qꝛ iam paschali tp̄e plus seuit hostis
noster dyabolus ꝯtra nos vt nos ecō
uerso in suam redigat potestatē: sed
passio xp̄i ē scutum contra omnia tē
ptamenta vitiorum. Armamur autē
per xp̄i passionē contra superbiam qꝛ
xp̄s humilis et abiectus nudus ⁊ no
uissimus viroꝝ ī cruce pepēdit. Iteꝫ
contra auaritiā:quia tantum ꝓpriuꝫ
non habuit vbi caput suū reclinaret
Math. viij. Iteꝫ contra gulam quia
aceto ⁊ felle potatus. Contra luxuriā
qꝛ flagellatus ē et cū spinis coronat⁹
Item contra accidiā: quia exultauit
vt gygas ad currendā viam. p̄s. xviij
scilicet passionis. Item contra iram:
quia male cum tractantibus non cō
minabatur. Item contra inuidiam:
quia pro suis crucifixorib⁹ orauit. Vñ
epl̄a et euangelium concordant quia
euangelium loquitur de bono pasto
re:simil̄r epistola dicit quomodo xp̄s
pro ouib⁹ suis mortu⁹ est. Vñ petrus
apl̄us dicit in verbis premissis[xp̄us
passus ē pro nobis]Vincen. id est pe-
nam mortis eterne humano generi
debitam exoluit per suam passionem
[vobis relinquens exempluꝫ] quod
semper attendere ⁊ aspicere debetis
[vt sequamini vestigia eius] Vincē.
que fuerunt vie humilitatis patiētie
et obediētie et charitatis vsq̄ ad mor
tem[qui pctm̄ non fecit] Vin. immo
nec facere potuit: quia de⁹ erat [nec
inuentus ē dolus in ore eius]. i. ī ser-
mone eius: quia veritas est[Qui cū
malediceret̄]Hor. i. blasphemaret̄ in
cruce pendēs:qñ iudei dixerūt. Vach
qui destruis templū dei:si fili⁹ dei es
descēde nūc de cruce:alios saluos fe
cit:seip̄m non pōt saluū facere[non
maledicebat]sꝫ orabat patrem ꝓ eis
d. Pater ignosce illis qꝛ nesciunt q̄d
faciunt. Luc. xxiij.[Cū pateret̄]Vin.
mortis suppliciū in cruce[nō ꝯmina
bat̄]supple crucifixorib⁹ suis ꝑ eter-
nam penā vel tp̄alem sed plus salutē
eorum sitiebat dicens. Sitio Joh. xix.
[Tradebat aūt]. i. tradi se ꝑmittebat
sponte[iudicanti se iniuste]Ly. i. py-
lato:q̄ iudeoꝝ fauore ⁊ cesaris timo-

re condēnauit eum iniuste ad mortē. [qui peccata nostra pertulit in corpore suo] Ly. pro ipsis debita sustinēdo [sup lignū crucis] i quo affixus erat. Et hoc fecit ideo [vt peccatis mortui] id ē a pctis sepati [iustitie viuamus] scʒ pro iesu [cuius liuore] id ē passione [sanati estis] a pctōꝝ infirmitatibꝰ [Eratis enim aliquādo] .i. ante ꝯuersionē [sicut oues errantes] Hoz. sine pastore [sed cōuersi estis nūc] scilicet spiritu sancto cooperāte [ad pastorē] id est ad xpm qui pascit vos corpore et sanguine suo [et epm animarum vestrarum] Ly. eaꝝ saluti sp ītendēdo: ꝛ eas a malo custodiendo.

Dñica tertia post festū pasche. i. Petri. ij.

Obsecro vos tanꝙ aduenas ꝛ peregrinos abstinere vos a carnalibꝰ desiderijs q̄ militant aduersus aīam. Cōuersatione vr̃am inter gentes hñtes bonā: vt in eo qđ detractant a vobis tanꝙ de malefactoribꝰ ex bonis opibus vos cōsiderātes glorificent deuʒ in die visitatōis. Subiecti estote oī humane creature ppt deū: siue regi quasi pcellenti siue ducibus tanꝙ ab eo missis ad vindictā malefactoꝝ: laudem vero bonoꝝ: quia sic est voluntas dei. Et benefacientes obmutescere faciatis imprudentiū hoim ignorantiam. Quasi liberi ꝛ nō quasi velamen habentes malicie libertatem: sʒ sicut serui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite: deum timete regeʒ honorificate: serui subditi estote ī omī timore dñis non tantū bonis ꝛ modestis sed etiā discolis. Hec ē enim gratia dei in christo iesu domino nostro.

Postilla.

Obsecro vos tanꝙ aduenas ꝛc. Añ initiū illiꝰ epl'e scribit sanctus petrus dicēs. Qui aliquādo nō populus dei: nunc autē populus dei qui non consecuti misericordiā: nūc auteʒ misericordiam cōsecuti. Tunc statiʒ sequit pñs epl'a [Obsecro vos tanꝙ aduenas ꝛc. Sʒ ex quo modo ē tempus maiꝰ aptū medicinis corporalibus: isto mō hʒ se ecclesia isto tempore q̄ ē aptum medicine spūali: que multo plus ē desideranda et querenda q̄ medicina corporalis. qr sanitatē eternam ꝯseruat. Et oñdit nobis magnū medicū animarū beatum petrū cuius medicinam si fuerimus imitati quā nobis in epl'a hodierna proponit eternaliter sani erimꝰ. Et ad istaʒ medicinam sumendam maxime illo tempore hortatur nos idem medicꝰ beatus petrus apl'us dicēs [Obsecro vos tanꝙ aduenas ꝛ peregrinos] ly. scʒ a ciuitate celesti. Hebre. xiij. Non habemus hic manentē ciuitatē: sʒ futurā inquirimꝰ: idō peregrini sumus. [abstiere vos a carnalibꝰ desiderijs] id est ab his que carnis sunt: sicut opera gule: luxurie [que militant aduersus animam] reddentes eam fetidam: immo mortem eternam inferunt. Apostolus. Si secundū carnem vixeritis moriemini. Roma. viij. [cōuersationē vr̃am inter gentes] id est inter viuentes gentilit qr multi xpiani gentiliter viuunt licet fidē habeāt tamē non opera [habentes bonam] non ad propriam laudem: sed ad laudem dei et proximi edificationem. [vt in eo quod detractant de vobis] tanquā de malefactoribus: ac si esse-

tis malefactores[ex bonis operib9] que facitis[vos considerantes]id est diligenter intuentes[glorificēt deū] omnis boni auctorez[in die visitationis]id ē in die iudicij que erit in futuro quādo visitabuntur boni premio: mali supplicio [Subiecti estote omni humane creature]id est omni homini in potestate cōstituto [ꝓpter deum] Vincen.id ē in cognitione isti9 ꝙ ois potestas sit a deo[siue regi quasi ꝓcellenti] id ē qui est maior et precellens altos in dignitate ⁊ potestate[siue ducibus] id est inferioribus rectoribus [tanꝙ ab eo].i.a rege [missis ad vindictam].i.ad penam[malefactorum: laudem vero bonoꝝ]id est remunerationis glorie[qꝛ sic est voluntas dei] scz vt ita faciatis [vt benefacientes] id est bene ꝯseruantes [obmutescere faciatis] scz subtrahendo illis materiam loquendi et detrahendi[imprudentium hoim ignorantiam]qꝛ ignorantes bonitatem vestram detrahebant vobis [quasi liberi] scz ex amore non ex timore seruiatis [⁊ non q̄si velamen habētes malicie libertatē] vt sic libertas essz vobis occasio et excusatio mala in pctis: vt.s.tanto liberius peccetis quanto min9 iugo seruitutis ꝓmiminis [sz sicut serui dei] sitis humiliter seruiētes[Omēs honorate]vnumquēqꝫ scd̄z statum suū honore reuerētie [fraternitatē diligite]id ē fratribus affectuosam corde ⁊ ore et opere exhibete[deum timete] scz timore filiali non seruili[regē honorificate]ly. inꝙtum gerit personā dei [serui subditi.] id est obedientes [estote in timore] id est in reuerētia [dominis]supple vestris[non tantuz bonis]id ē virtuosis[et modestis:sed etiam discolis] id est indisciplinatis. [Hec est enim gratia dei]Lyra id est res gratiosa coram deo] In xp̄o iesu dn̄o nostro

Dn̄ica quarta post pascha Jacobi.i.

Omne datū optimū ⁊ omne donū ꝑfectum desursum est: descendens a patre luminuz: apud quē nō ē trāsmutatio: nec vicissitudinis obūbratio. Voluntarie eni genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū aliquod creature eius. Scitis f̄res mei dilectissimi. Sit aūt omis homo velox ad audiendū:tardus aūt ad loquēdum et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiā dei nō operatur. Propter quod abijcientes oēm imundiciā ⁊ abundātiam malicie i māsuetudine suscipite insitum verbum qd̄ pōt saluare animas vestras.

Postilla.

¶ Nolite mirari si odit vos mūdus ⁊c. Ante initiū illi⁹ ep̄le scribit sanctus iohannes in eodē cap. vi. Carissimi hec ē annunciatio quā audistis ab initio vt diligatis alterutrū nō sicut cayn q̄ ex maligno erat ⁊ occidit frēm suū: ⁊ ꝓpter quid occidit eum: qm̄ opa eius maligna erāt: fratris autem eius iusta. Tunc stati seq̄tur presens epistola que cōcordat cū euangelio hodierno: in quo euangelio agiť de cena vite eterne ad quam cenam ꝑuenitur ꝑ caritatem dei ⁊ ꝓximi: de qua habetur pleni⁹ in p̄nti epistola. Vn̄ dixit iohānes [Carissimi nolite mirari] quasi insolitū [si odit vos mundus] id est mūdi amatores: quia non est nouū illud iurgium: sed fuit a p̄cipio mūdi īter bonos ⁊ malos. Sicut p̄tꝫ inter cayn et abel: īter Isaac et Ismael: inter iacob et esau. [Nos scim⁹] ly. certitudīe fidei [qm̄ translati sum⁹ de morte] scꝫ culpe [ad vitam] gratie [quoniā diligim⁹ frēs] qꝛ opa bona ī caritate facta sunt meritoria [qui nō diligit manet ī morte] quia caret caritate que est vita aīe [omnis qui odit fratrem suū homicida est] qꝛ primo occidit animā ꝓpriā. secundo animā proximi quantū in se est: quia prouocat ipsum ad odiū mutuum [⁊ scitis quoniā omnis homicida non habet vitam eternā] Hor. id ē non habet christum qui est vita eterna [in se manentē] hoc dixit ad differentiā vite nature q̄ est vita transiēs [in hoc] tanq̄ in signo certissimo [cognouimus caritatē dei] id ē xp̄i erga nos [quoniā ille pro nobis] idignis [animam suā] id est vitam corporalē [posuit] id est morti crucis exposuit [⁊ nos] exēplo eius [debemus aīas] Ly. i. vitam corporalem [pro fratrib⁹ ponere] id ē ꝓ salute eorum spirituali ponere. Et hoc debitum patꝫ ex ordine caritatis secundū queꝫ deus est super omnia diligendus: ⁊ post ip̄m anima propria et tertio loco anima ꝓximi: quarto et vltimo ꝓprium corpus [q̄ habuerit substantiā hui⁹ mūdi] Vin. i. bona temporalia [et viderit fratrē suum] id ē ꝓximū suum [necesse habere] Ly. s. necessitateꝫ extremā [et clauserit viscera sua ab eo] id est affectum interiorem non compatiendo ei et subuentionē denegādo [quō caritas dei] Hor. que a deo infundiť: ⁊ q̄ deus diligitur [manet in eo]. q. d. nullomodo: quia non p̄ōt diligi de⁹ sine ꝓximo: nec econuerso: etiam qꝛ caritas benigna est: id ē larga egenis et in casu extreme necessitatis teneť etiam quilibet de necessario dare. vn̄ Ambr. Pasce fame morientē: si non pauisti occidisti [Filioli mei] scꝫ quos per euangeliuꝫ genui [non diligam⁹ verbo neqꝫ lingua] verbo tantū diligit qui hoc quod promittit non soluit [sed opere] . i. exhibitione beneficiū [⁊ veritate] scilꝫ pure intentionis. Glo. vt simplici intentione beneficia prestemus non ꝓpter iactantiaꝫ nec ꝓpter temporale lucrum.

¶ Dominica tertia post festum trinitatis. i. Petri. v.

Humiliamini sub potēti manu dei vt nos exaltet in tempore visitationis omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum: quoniā ipsi cura ē de

nob. Sobrij estote et vigilate quia aduersarius vester dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide scientes eandem passionem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui vocauit nos in eternam suam gloriam in christo iesu ipsi gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ Postilla.

¶ humiliamini sub potenti manu etc. Ante initium illius epistole scribit sanctus petrus in eodem ca. Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam Tunc statim sequitur epistola presens in qua beatus petrus docet nos quomodo habere debemus nos ad deum di. [Humiliamini] Hoc est humilitate voluntaria non coacta [sub potenti manu dei] vel nos humiliabimus nos ei vel ipse opprimet nos: quia manum eius effugere impossibile est [vt nos exaltet] quia omnis qui se humiliat exaltabitur: vt patet Lu. xviij. [in tempore visitationis] .i. in die iudicij quando deus iudicabit mundum et reddet vnicuique opera sua [omnem sollicitudinem vestram] .s. corporis et anime [proijcientes in eum] Unde aug. Proijce te in deum non est tam crudelis vt se subtrahat et te cadere permittat [quoniam ipsi cura est de nobis] .scz spiritualis [sobrij estote] in victu et vestitu [et vigilate .i. diligenter a peccatis cauete [quia aduersarius vester dyabolus] qui semper bonis et fidelibus aduersatur [tanquam leo rugiens] per seuitiam [circuit] per maliciam [querens quem deuoret] incorporando sibi per mortalem culpam [cui resistite] Hoc est eius suggestionibus non acquiescendo. Unde Jac. iiij. Resistite dyabolo et fugiet a vobis [fortes in fide] tanquam in scuto. [scientes eandem passionem] .i. consimilem tribulationem et temptationem quam vos sustinetis [ei fieri] .s. a dyabolo [que in mundo est vestre fraternitati] .i. vestris fratribus per mundum dispersis: quasi diceret non putetis temptatione carere eo quod fideles estis: immo magis temptabimini: ergo cauete vos diligenter ne superabimini. Unde eccl. ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore et prepara animam tuam ad temptationem [deus autem] .s. qui est dator [omnis gratie] Hoc est quia bonorum temporalium: naturalium: spiritualium et eternorum [qui vocauit nos] vocatione interiori per inspirationem et exteriori per predicationem [in eternam suam gloriam] .i. finaliter consequendam [in christo iesu] .i. per christum iesum [ipsi gloria et imperium] .s. ad alios [in secula seculorum] id est in eternum.

¶ Dominica quarta post festum trinitatis Roma. viij.

Existimo enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est non volens sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit vsque adhuc. Non solum autem illa sed et nosipsi primitias spiritus habentes. Et ipsi intra nos gemitus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem corporis nostri in christo iesu domino nostro.

¶ Postilla.

¶ Existimo enim quod non sunt con

digne ꝛc. Ante initiū illius ep̄le scri bit sanctus paulus in eo.c.vi. Si filij ꝛ heredes: heredes q̄dem dei cohere des aūt xp̄i. si tñ cōpatimur vt simul glorificemur. Tunc statim seq̄t p̄ns ep̄la in qua ap̄ls paulus hortat̄ nos: vt patienter toleremus passiones et persecutiones huius mūdi: q2 ad fu= turam gloriā nō peruenitur nisi per tolerantiā patienter passionuʒ: qua lescunq; sint tales passiones tempo= rales: non tamē sunt condigne ad fu turam gloriā. hoc ōndit apostol⁹ pau lus qui fuit raptus vsq; in tertiū ce= lum: ꝛ vidit magnitudinē glorie cele stis. Et visis illis gaudijs post hoc di xit [Fratres existimo] Uin.i. vere scio [q͛ non sunt condigne] id est equales [passiones huius temporis] Hor.i. tē porales et momētanee [ad futuram gloriā] scʒ ꝓmerendā [que reuelabit in nobis] Uin. tam malis q͛ bonis sʒ diuersimode: q2 q͛uis gloria futura ab omnibus cognoscetur ꝛ videbitur tñ hoc erit bonis ad gaudiū et ad sa= lutem. Malis ad oēm̄ tristitiā ꝛ penā [nā expectatio creature] Ly.i. homis qui est omnis creatura vt ptʒ Math. vlti. Predicate euangeliū omni crea ture id est homini [reuelationē filio= rum dei] Lyra. in beatitudine celesti vbi deus clare videbitur [expectat] scilʒ per patientiam [Uanitati enīʒ] id est passibilitati morti ꝛ incineratio ni [creatura].i. humana natura [sub iecta ē non volens] id ē ꝓpria volun tate: et hoc ꝓpter peccatuʒ ade quod non ē voluntarium in nobis [sed pro pter eum] id ē ꝓpter deuʒ [qui subie cit eam in spe] scʒ resurrectionis fu= ture [quia et ipsa creatura].i. huma= na natura [liberatur a seruitute cor= ruptionis] scilʒ qñ a resurrectione ex gloria anīe erit corpus īmortale [Sci mus ei q͛ oīs creatura] scʒ irrationa bilis [igemiscit et ꝑturit vsq; adhuc] Hic apostolus īducit nos ad toleran tiam passionis duplici exemplo. Pri mū est creaturarū irrationaliuʒ que sustinent multa: et tamē non hñt spē remunerationis sicut nos habemus Secundū exemplū est ipsorum apo= stolorum q̄ primit⁹ ꝛ plenius ceteris credentibus spm̄sanctum susceperūt et patienter tolerabant multa aduer sa et dilationem glorie in spe resurre ctionis future: ergo dicit [non solum illa] scʒ irrationalis creatura [sʒ ꝛ nos ipsi].s. ap̄li [primitias spūs habētes] ly. id est ī maiori plenitudine spiritū= sanctū habentes [et ipsi intra nos ge mitus] existentes in tribulationibus [adoptionē filioruʒ dei expectantes] id ē p̄miū quod reseruatur filijs ado ptionis [redēptioneʒ corporis nostri] q2 tūc erit corpus immortale: ꝛ sic re= dimetur a corruptione] in xp̄o iesu dño nostro]

Dñica. v. post festum trini tatis. i. Petri. iij.

OMnes vnanimes in orōe estote cōpatiē tes: fraternitatis a matores: misericordes: mode sti: humiles: nō reddētes ma lum ꝓ malo vel maledictū ꝓ maledicto: sʒ ecōtrario bene dicentes. Q2 in hoc vocati estis vt bñdictionē heredita te possideatis. Qui enī vult vitam diligere et videre di es bonos: coerceat linguam suam a malo et labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo et faciat bonū inquirat pacem et sequat̄ eā quia oculi domini super iu= stos: et aures eius in preces eorum. Uultus autem do mini super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis:

Sed ⁊ si quid patimini pro-
pter iusticiam beati. Timo-
rem autem eorum ne timue-
ritis vt nõ cõturbemini. Do
minum autem christum san-
ctificate in cordibus vestris.

¶ Postilla.

¶ Omnes vnanimes in orati
one estote ⁊c. Añ initiũ illi⁹ epl'e scri-
bit sctũs petr⁹ in eo.ca.di. Mulieres
subdite sint viris suis. Sicut sarra o-
bediebat abrahe dñm eius vocãs: cu
ius estis filie bñfacientes. Tũc sequi
tur epistola hodierna in qua apl'us
petrus instruit nos quõ vnusq̃sq̃ se
ad alterũ hẽre debeat dicẽs[Omnes
vnanimes in orõne estote]Scz.i.cor
vnũ ⁊ aĩaʒ vnã hñtes nõ dissentiẽtes
[cõpatiẽtes]adinuicẽ sicut mẽbra vni
us corporis mystici ip̃ius xp̃i. Nã p h⁹
alleuiat᷑ ille q̃ patit᷑ cũ ꝑcipit alios si-
bi cõpatientes: vt dicit phs.ij. rhetori
coꝝ[fraternitatis amatores].i. frater
ne vnitatis ⁊ ꝯcordie ꝯseruatores[mo
desti].s.in oĩbus debitũ modũ seruã-
do[misericordes]scz elemosynas idi
gentib⁹ tribuẽdo[humiles]scz oĩa
bona deo attribuẽdo ⁊ nihil vob[nõ
reddẽtes malũ pro malo]in fctis in-
iuriosis[nec maledictũ ꝓ maledicto]
verbis cõtẽtiosis[sed ecõtrario bñdi-
cẽtes] verbis benignis ⁊ pacificis[q꞉
in hoc vocati estis] scz ad fidẽ xp̃i[vt
bñdictionẽ dei].s.de q̃ dr̃ Math.xxv.
Venite benedicti pr̃is mei ꝑcipite re
gnũ ⁊c.[hereditate possideatis]scz ce
leste regnũ qḋ nõ dat᷑ maledicis. Vñ
apostolus. Neq̃ maledici neq̃ rapa-
ces regnũ dei possidebũt [q̃ eñi vult
vitam diligere]scz vitã beatã in qua
nullus morit᷑ [⁊ videre dies bonos]
scz in beatitudine celesti vbi dies no-
ctibus nõ interrũpit᷑ faciat scz qḋ seq̃
tur[coherceat liguã suã a malo].i.a
malo colloquio in aperto. Vñ aposto-
l⁹.i.Corinth.xv. Corrumpunt bonos
mores colloquia praua [⁊ labia eius
ne loquãtur dolũ].i. malũ in occulto
primum decipiendo [declinet aũt a
malo] in opere[⁊ faciat bonũ]he eñi
sunt due ptes iusticie [inquirat paceʒ]
cũ ꝓximo etiã iniurioso [⁊ sequatur
eam]scz perfecte[q꞉ oculi dñi sup iu
stos]ad remũerãdũ[⁊ aures ei⁹].i.vo
lũtates[in p̃ces eoꝝ]exaudiẽdo[vul-
t⁹ aũt dñi]scz ire ⁊ idignatõis[sup fa
ciẽtes mala] ad puniẽdũ eos[⁊ q̃s ẽ]
hõ vel etiã dyabol⁹[q̃ vob noceat].i.
nocere possit.s.a bono violẽter retra-
hendo q̃si diceret null⁹[si boni] nota
boni est h' gñ casus[emulatores].i.a-
matores fueritis[Sʒ ⁊ si q̃d].i.modicũ
[patimini]in p̃senti tp̃e[ꝓpter iusti-
ciã beati] estis iam ĩ spe:tandẽ in re:
vt dr̃ Math.v. Beati q̃ ꝑsecutionem
patiunt᷑ ꝓpter iusticiã qm̃ ip̃oꝝ est re
gnũ celoꝝ[Timorẽ aũt eoꝝ ne timue
ritis]Ly.i.timorẽ eijcientem a bono
virtutis[vt nõ cõturbemini]impatiẽ
ter aduersa sustinendo[dñʒ aũt iesuʒ
xp̃m sctificate].i.firmate [in cordib⁹
vestris scz sibi firmiter adherendo.

¶ Dñica sexta post festũ tri-nitatis. Roma.vi.

QVicunq̃ baptiza-
ti sumus in christo
iesu in morte ipsi⁹
baptizati sumus. Cõsepulti
enim sumus cum illo per ba-
ptismum in mortem: vt quõ
surrexit christus a mortuis p
gloriam patris ita ⁊ nos ĩ no
uitate vite ambulemus. Si
enim cõplantati facti sumus
similitudini mortis ei⁹ simul
⁊ resurrectiõis erimus. Hoc
scientes quia vetus homo no
ster simul crucifixus est vt de
struatur corpus peccati vt vl
tra non seruiamus peccato.
Qui enim mortuus est iusti

ficatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum christo: credimus quia simul etiam viuemus cũ christo. Scientes ꝙ christus resurgẽs ex mortuis iã non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur: ꝙ enim mortuus est peccato: mortuus est semel: ꝙ autem viuit: viuit deo. ita et vos estimate vos mortuos quidẽ eẽ peccato viuentes autẽ deo: in christo iesu domino nostro.

¶ Postilla.

¶ Quicunqꝫ baptizati sumus in xp̄o iesu etc. Ante initiũ illius epistole scribit sanctus paulus di. Ubi abũdauit delictũ superabũdauit et gratia Et sicut regnauit pctm̃ in mortẽ: sic et gratia regnat p iusticiã i vitã eternã p iesum xp̄m dñm nostrũ. Tunc sequitur ep̄la hodierna. in q̃ ap̄lus hortatur nos ad vite pfectionẽ q̃ consistit in hoc ꝙ peccatis mortui soli deo viuamus. Unde dicit [Fratres Quicunqꝫ baptisati sumus]. i. nos cuiuscũqꝫ cõditiõis et sexus fuerimus [in xp̄o iesu]. i. in forma tradita a xp̄o in euãgelio Math. vlti. Euntes in mũdũ vniuersũ p̄dicate euãgeliũ omni creature baptizãtes eos i noĩe patris et filij et sp̄ussancti Jlla forma verborum nõ debet mutari: et nihil debet addi vel minui [in morte ipsius baptizati sumus]. i. in virtute mortis ipsius. Baptismus eñ hꝫ virtutẽ ex passione xp̄i. Jn cuius signũ de latere ipsius xp̄i exiuit sanguis et aqua: vt pꝫ Joh. xix. vt significaret ꝙ aqua baptismi hꝫ virtutẽ a sanguine passionis xp̄i [Consepulti enim sumus cũ illo p baptismũ in mortẽ] quasi diceret in baptismo similes sumus morti xp̄i. Ubi notandũ ꝙ baptismus tenet similitudinem mortis xp̄i in tribus Primo quia baptismus totum baptisatum in se includit et tegit sicut sepultura totum christũ inclusit. Secũdo qꝛ sicut triduo fuit ibi inclusus: sic fit trina ĩmersio in baptismo nisi vsus aliter habeat. Tertio qꝛ sicut sepultus plene quieuit ab om̃i molestia: sic baptizatus ab omni culpa et pena qꝛ totum relaxatur i baptismo [vt quomodo surrexit xp̄s a mortuis] id est a loco mortuorum scꝫ de sepulchro [per gloriam patris] id est ad laudem et gloriã dei patris [ita et nos in nouitate vite ambulemus] de bono in melius p̄ficiendo [si eñ cõplantati] Uincen. i. firmiter adherendo xp̄o sicut radix plãte adheret [facti sumus similitudini mortis eius] id est sicut xp̄s post mortẽ surrexit corporaliter: sic et nos postꝙ et semel mortui fuerimus peccato debemus fieri noui hoĩes spiritualiter [simul et resurrectionis erimus] id ẽ sicut ipse resurrexit a morte pene ad vitã glorie sic et nos a morte culpe ad vitam gratie [hoc scientes quia vetus homo noster] id ẽ fomes peccati quem ab adam qui est vetus homo traximus [simul crucifixus est] id est deletus est in baptismo vt iam nos cogere non possit ad peccandum [vt destruatur corpus peccati] id est congeries prauorum operum [vt vltra non seruiamus peccato] sed deo: qꝛ nemo potest duobus dñis seruire. Math. vi. [qui enim mortuus est peccato] Ly. id est cõfiguratus morti xp̄i p baptismũ [iustificatus est a peccato] qꝛ baptismus delet culpam et penam [si autem mortui sumus cum christo credimus: quia simul etiam viuemus cum eo] Hor. scilicet in gloria celesti [scientes ꝙ xp̄s resurgens ex mortuis: iam non moritur: mors illi vltra nõ dñabitur] Ly. qꝛ surrexit ad vitã immortalem [ꝙ eñ mortuus est peccato] scilꝫ xp̄us pro peccato tollendo [mortuus est semel] quia vnica mors xp̄i sufficit ad tollendum om̄ia peccata preterita presentia et futura [ꝙ aũt viuit] scꝫ ip̄e xp̄s [viuit deo]. i. ad similitudĩ

nem dei patris: vt sicut pater nō pōt mori: sic nec xp̄s filius dei ⁊ hoīs[ita ⁊ vos estimate vos mortuos quidem esse peccato] p̄ totalem dimissionem culpe. ⁊ notanter dicit estimate: nō p̄ certo reputate: quia nescit hō si finaliter mortuus est peccato Juxta illud Eccl. ix. Nescit homo odio vel amore dignus sit[viuētes aūt deo] id est ad honorem dei[in xp̄o iesu dño nostro] id est in fide iesu christi.

Dñica septima. Roma. vi.

Humanū dico propt̄ infirmitatem carnis vestre: sicut eñ exhibuistis mēbra vr̄a s̄uire imūdicie ⁊ iniquitati ad iniq̄tatē ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iusticie in sanctificationē. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie: quem ergo fructuz habuistis tūc in illis in quibus nūc erubescitis: nā finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui autez facti deo habetis fructuz vestrum in sanctificationem: finem vero vitam eternā. Stipēdia eni pcti mors: gr̄a autē dei vita eterna: in xp̄o iesu dño nostro. Postilla.

Humanum dico p̄pter infirmitatem ⁊c. Ante initiū illius epistole scribit sanctus paulus in eo. ca. di. Fratres serui fuistis pcti: liberati aūt nūc a peccato serui facti estis iusticie Tūc statim sequit̄ presens epistola in qua apostolus paulus hortatur nos ad faciendū bona opa ⁊ ad viuendū scd̄z iusticiā di.[Humanū dico] Hor. i. quoddā leue vobis p̄cipio. Onus eñ iusticie qd̄ vult eis imponere leue est vt p3 Math. xi. Jugum enim meū suaue est ⁊ onus meū leue [p̄pter infirmitatē carnis vestre] caro eñ in p̄ncipio creatiōis fuit fortis ⁊ sana et obediēs anime: sed propter pctm̄ facta ē debil̄ ⁊ īfirma aggrauās ⁊ deprimēs aīaz. vñ Sap. ix. Corp⁹ qd̄ corrūpit̄ aggrauat aīam[sicut eñ exhibuistis mēbra vestra seruire immūdicie] Hor. i. ad seruiēdū peccatis carnalibus[⁊ iniq̄tati]id est peccatis spiritualib⁹[ad iniquitatē]. i. ad mali cōsummationē[ita nūc exhibete mēbra vestra] Ly. p̄ bonā cōsuetudinē abilitātes ea[seruire iusticie]. q. d. illud ē leue. s. q2 nō plus laboris requirit̄ ī s̄uitio dei q̄ ducit ad gl̄iam q̄ in seruitio dyaboli q̄ ducit ad gehēnā[in sanctificationē]. i. sanctitatis ɔsummatōnē[cū ei serui eētis peccati: liberi fuistis iusticie] Lyr. i. spoliati a bono iusticie[quē ꝫ fructū]. i. vtilitatē[hūist̄ tūc ī illis]supple pctīs[in q̄b⁹ nunc] id ē p⁹ penitētiā[erubescit̄] q. d. nullā vtilitatē habuistis: sed maximū dānū[nā finis illoꝝ]. s. pctō seruiētium [mors ē]. s. eterna[nūc vero liberati a pctō] Ly. p̄ ei⁹ dimissionē[serui aūt fcti deo] p̄ iusticie oꝑationē[habetis fructū vestrū] Uincē. i. vtilitatē vr̄am [in sanctificatōnē] Ly. i. in gr̄az in p̄nti[finē vero]. s. vltimū[vitam eternā] id est in futuro gloriā eternā[stipendia eñ peccati] Uincen. i. p̄miatiōes q̄ debent̄ militib⁹ dyaboli[mors est] sc3 cl̄pe ⁊ ɔsequēter eterne pene[gr̄a aūt dei]. i. p̄miū p̄ bono oꝑe ī gr̄a dei factū[vita eterna in xp̄o iesu dño nostro]. i. per iesum christum dominuz nostrum tanq̄ mediatorem.

Dñica octaua Roma. viij.

Debitores sum⁹ nō carni vt secundum carnē viuamus. Si eñ scd̄m carnē vixeritis moriemini. Si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis viue

tis. Quicunq enim spiritu dei agūtur: hi sunt filij dei. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore sed accepistis spiritū adoptiōis filiorum dei: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spūs testimoniū reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Si autē filij et heredes. Heredes quidem dei: coheredes aūt christi.

¶ Postilla.

¶ Debitores sumus non carni vt secundum car. etc. Ante initium illius epistole scribit sanctus paulus dicens. Qui enim scdz carnem sunt que carnis sūt sapiūt. qui vero fm spm sunt que sunt spiritus sentiunt. nā prudentia carnis mors est prudētia autē spiritus vita et pax. Quoniam sapiētia carnis inimica est deo. Tunc sequitur presens epistola in qua apostolus hortatur nos ad mortificationem carnis et ad imitationem spiritus vel rationis: vt secundum spm viuamus. et ad hoc adducit rationes: scz propter debitum et propter future mercedis magnitudinem. Unde dicit [Fratres debitores sumus] scz spūisancto et rationi proprie [nō carni vt secundum carnem viuamus] scz in voluptatibus carnis [si enim scdm carnem] Hor. i. scdm carnis desideria et voluptates [vixeritis] vita corporali [moriemini] morte spiritualis: et etiam eterna [si autem spiritu]. i. ratiōe [facta]. i. opa [carnis mortificaueritis] penitus ea abijciēdo et fugiēdo [viuetis] vita spirituali hic in iusticia: et in futuro in gloria [quicunque enim spū dei agunt] Hor. i. regūtur [hi filij dei sunt] seruientes et non timore seruili: sed timore filiali [non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore] sicut in veteri lege que fuit lex timoris [sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei]. i. spiritūsanctū datorem bonorum per quem fit adoptio filiorum dei quod ex bonitate est et misericordia dei [in quo clamamus abba pater] Lyr. abba pater duo sunt noīa idem significantia vnū hebraicū alterum latinū: ad significandum duplicem dei paternitatem. Una est cōmunis bonis et malis: quia est pater creationis omnium hominum. Alia specialis gratie adoptione de qua hic dicitur [ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro] cū enim spiritus noster per spiritumsanctum bonum agit est signum diuine filiationis. Hoc autem signo quasi quodam testimonio nos certificat [quod sumus filij dei] Un. nō per naturam sicut xps sz per adoptionē per spiritumsanctum [si autem filij dei] Hor. sumus [et heredes] erimus [heredes quidem dei] cuius beatitudine fruemur [coheredes aūt xpi] i quo et cum quo beati erimus.

¶ Dñica nona. i. Corinth. x.

Non simus cōcupiscentes malorum sicut et illi cōcupierunt neque ydolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt vna die vigintitria milia. Neque temptemus christum sicut quidā eorum temptauerūt et a serpentibus perierūt. Neque murmuraueritis sicut quidam murmurauerūt et perierūt ab exterminatore. Hec autē oīa in figura contingebāt illis. Scripta sunt aūt ad correptionē nostrā in quos fines seculorū deuenerūt. Itaque qui

se existimat stare videat ne cadat. Tēptatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est qui nō patietur vos temptari supra id quod potestis. Sed faciet cū temptatione etiam ꝓuentuz vt possitis sustinere.

¶ Postilla.

¶ Non simus concupiscētes maloꝝ ꝛc. Pro intellectu illiꝰ epistole attēdere oportet beneficia populo iudaico in deserto exhibita a deo: scȝ transitum per mare rubrū: defensionem colūne: cibationē māne: ⁊ sic de alijs. que oīa deus miraculose eis exhibuit ipsi aūt de tantis beneficijs ingrati existentes ꝯcupierūt carnes comedere paruipēdētes māna. Itē ydolatriam cōmiserunt adorando vitulū. Item fornicati sunt cum madianitis cōtra preceptū dn̄i. Item cōtra moysen ⁊ aaron murmurauerunt: ⁊ sic de alijs. Et ideo plagas in hodierna epistola expressas incurrerūt. Monet ergo nos sanctꝰ paulus ī hodierna epistola ne talia faciamus: qꝛ si similes eis fuerimꝰ in culpa: erimus eis similes in pena. Ergo dicit [Fratres nō simus cōcupiscētes maloꝝ] quo ad effectū [sicut ⁊ illi cōcupierūt] de quibꝰ dicitur p̄s. lxxvij. Concupierūt cōcupiscentiā ꝛc. ⁊ Numeri. xi. dr̄. vulgus ꝓmiscuū flagellauit ꝛc. quasi diceret non peccemus sicut ⁊ illi: ne similiter puniamur sicut et illi [neq; ydolatre efficiamini] Uincē. honorem soli deo debitum ydolis ⁊ creaturis nullo modo exhibeatis [sicut quidā ex ipīs] scȝ ex filijs israel fecerunt qui sibi vitulū cōflatilem fecerūt ⁊ ip̄m pro deo adorauerūt vt habet̄ Numeri. xxv. [quē admodū scriptū est] Exod. xxxij. [Sedit populus manducare] coram ydolo. s. vitulo [⁊ surrexer̄t ludere] id ē ludos facere: sicut choreas in veneratione vituli. Notandum ꝙ sicut olim fuerūt diuersa ydola inter infideles: ita ⁊ nunc inter xp̄ianos: quia aliqui colunt diuitias. aliq̄ honores. aliqui corporis delitias. aliqui pueros ⁊ vxores. Uñ augu. hoc ab homīe colitur quod pre ceteris diligitur [neq; fornicemur] Uincen. i. actum luxuriosum extra propriam cōiugem nullo mō ꝑpetremus [sicut quidā ex ipsis fornicati sunt] Ly. s. cum mulieribꝰ madianitis: vt habet̄ Nume. xxv. [⁊ ceciderūt vna die. xxiij. milia] nec est hoc cōtra illud quod dr̄ Nu. xxv. ꝙ ceciderūt xxiiij. milia: qꝛ minor numerꝰ ꝯcludit̄ ī maiore. ⁊ iō ꝯcludit qđ veꝝ est de maiori: est etiā verū de minori [neq; temptemus xp̄m] Gorr. diffidendo de eiꝰ potentia [sicut quidam eorum temptauerunt] scilicet ipsum deum dicentes illud p̄s. lxxvij. nunq̄d poterit ꝛc. [⁊ a serpentibus perierūt] qꝛ iratꝰ dominus misit contra eos serpentes ignitos: ⁊ quēcunq; momorderūt stati morieba(n)t donec moyses ex iussu domini serpentem eneum erexit ad cuius aspectum sanabātur: vt habetur Nu. xxi. [neq; murmurauerititis] scilȝ contra deum vel prelatos eius [sicut quidā eoꝝ murmurauerūt ꝯtra moysem] Nume. xvi. ⁊ Exo. xvi. murmurauit oīs cōgregatio ꝛc. [⁊ perierunt ab exterminatore] scilȝ ab angelo eos ꝑcutiente [hec aūt omīa in figura cōtingebant illis] scȝ ad designādum ꝙ sic vel grauius fiet nobis si fuerimus similes eis [scripta sunt autē ad correptionem nostram] Uin. punitiones ⁊ pene iusticie iudeis inflicte in veteri testamento sunt scripte ad nostrā correptionē vt visis vel auditis illis penis caueamus peccata ꝯsimilia: ne in illas vel maiores penas incidamꝰ [in quos fines seculoꝝ deuenerūt] Lyr. id ē in nos qui sumꝰ iam in sexta etate seculi: ⁊ durat vsq; ī finē mūdi [ita qui se existimat stare] Uin. id est opinatur se esse in gratia siue in caritate dei [videat] id ē caueat [ne cadat] scȝ

ab illa gratia per peccatū mortale[tē
ptatio vos nō apprehēdat nisi huma-
na] Vin. quasi dicat si temptatio isur-
gat in vobis videatis q̄ vos nō app̄-
hēdat p ɔsensuz q: si ɔsensuz adhibu
eritis nō est tēptatio hūana s; dyabo-
lica. Vñ greg. in pastorali. humanū ē
in corde tēptationē perpeti: demonia
cū vero in temptatiōis certamīe supe
rari[fidelis aūt deꝰ ē] Ly. in ꝓmissis
implendis[qui nō patitur vos temp-
tari supra id quod potestis] q: promi-
sit adiutoriū in temptationibus posi-
tis si fideliter recurrant ad ipsuz[sed
faciet cum temptatione etiam prouē
tum] vos adiuuando vt ipsa tempta-
tio vobis proueniat ad augmentum
meriti per eius superationē[vt possi-
tis sustinere] Vincen. ne cadatis: in
peccatū ⁊ i cōsensum Unde Aug. dya
bolus plerunq̧ vult nocere et nō po-
test: q: potestas eius est sub potestate
dei. Nam si tantuz posset nocere: dya-
bolus quantum vellet: aliquis iusto-
rum non remaneret.

Dñica. x. i. Corinth. xij.

SCitis qm̄ cū gentes
eētis ad simulacra
muta prout duceba
mini euntes Ideo notum vo
bis facio q̄ nemo i spū dei lo
quens dicit anathema iesu.
Et nemo potest dicere domi
nus iesus nisi i spiritusancto
Diuisiones gratiarum sunt
idem autez spiritus. Et diui
siōes ministrationū sunt: idē
aūt dñs. Et diuisiōes opatō
num sunt: idem vero deus q̄
operatur omnia in omnibus
Unicuiq̧ autem datur ma-
nifestatio spiritus ad vtilita
tem. Alij quidem per spiri-
tum datur sermo sapientie.
Alij autē sermo scientie scđz
eundē spiritū. Alteri fides i
eodem spiritu. Alij gratia sa
nitatū in vno spiritu. Alij o-
peratio ṽtutū. Alij ꝓphetia
Alij discretio spūum. Alij ge
nera linguaꝝ. Alij interpta-
tio sermonū. Hec autē omia
operatur vnꝰ atq̧ idem spūs
diuidens singulis ꝓut vult.

Postilla.

Scitis quoniā cuz gentes
essetis ⁊c. Ante initium illiꝰ epl'e scri
bit sanctus paulus di. q̄ si nosmetip-
sos dijudicaremus non vtiq̧ iudica-
remur. Dū autez dijudicamur a dño
corripimur vt nō cum hoc mūdo dā-
nemur. Tūc sequitur epistola hodi-
erna i qua apostolus loquitur de do-
nis spiritussancti ostendens q̄ omni-
um donoꝝ auctor est spiritussanctꝰ et
nullus potest facere aliquod bonum
meritoriū saltez vite eterne nisi in spi
ritusancto ⁊ hoc apostolus ostēdit ex-
perimēto vite p̄terite di. [Scitis quo
niam cum gentes essetis] Ly. scz gen
tiliter viuentes absq̧ dei gratia ad cō
uersionem ad fidē[ad simulachra mu
ta euntes] ea adorāda. Colebant eniz
gētes ydola martis. mercurij ⁊ sic de
alijs. et dicebantur muta: quia per se
vel ex se non habebant aptitudinem
loquendi. Quis dyabolus p ea q̄nq̧
dedit responsa[ꝓut ducebamini] scz
a maligno spiritu sicut equus ⁊ mu-
lus in quibꝰ non est intellectus[ideo
notum vobis facio q̄ nemo in spiri-
tu dei loquens] Ly. gratia dei vtens
[dicit anathema iesu]. i. blasphemiā
aliquā de iesu dño nostro[⁊ nemo po
test dicere dñs iesus] ɔfitēdo ipsuz su
um dñm ⁊ saluatorez: scz q̄ ipse sit ve
raciter dominus et ipse seruus eius
[nisi in spiritusancto]. i. per spiritū-
sanctum a quo est omne verum. vn-
de Ambro. Omne veruz a quocunq̧

dicatur a spūsancto est[diuisiones ve ro grāruʒ sunt] nota q gratia hic ap pellat diuersos gradus ⁊ ordines qui sunt in ecclesia[idē autē spūs]scʒ san ctus est distributor graduū et ordinū et officiorū[⁊ diuisiones ministratio-num sunt].i.diuersi effectus gratie q̄ bus alij seruiūt alijs ⁊ sic ordinauit in primū:hoc exēplū dedit nobis xp̄us Ande Math.xx.Filius hoīs non ⁊c. Item.i.Petri.iiij. Anusquisq sicut accipit ⁊c.[idez aūt dñs] id ē xp̄s fili⁹ dei dans singulis pro voluntate sua [⁊ diuisiones operationuʒ sunt].i.di uersi actus gratie q̄tum ad se p quā grām facit opa meritoria:q̄dā maio ra q̄dā minora opa[Idē vero deus] scʒ pr̄.Et notanduʒ q apl̄s ponit hic tria noīa vt intelligatur q totius tri-nitatis sunt dona grāꝝ. quo ad pso nā spūssancti dicit idē aūt spirit⁹.quo ad personā filij idē aūt dñs.quo ad p sonam patris dicit ideʒ autem deus. sed ne videretur distictio substantie et operationis subiūgit idemptitateʒ substantie operationis triū psonarū [qui]scʒ deus pater:de⁹ filius: ⁊ de⁹ spūssanctus:vnus existens deus[ope ratur omīa]scilʒ necessaria saluti[in omnibus]non omnia in singulis: qr vni non tribuit omnia: sed in omni-bus omnia vt qd quis in se non hʒ i alio sicut in humano corpore oculus solus videt:sed non sibi soli:sʒ toti cor pori:vt sic maneat charitas ⁊ humani tas:vnde Isa.xxvi.Omnia opera no stra operatus es in nobis [vnicuiq aūt]scʒ fidelium[datur manifestatio spūs].i.gratia que manifestat spiritū inesse[ad vtilitatem] scʒ eccl̄ie[Alij quideʒ per spm̄] scʒ sanctū[datur ser mo sapientie] scʒ loquendi de contē-platione celestiū[Alij aūt sermo sciē tie]scʒ loquēdi de actiōe temporaliū secūdū eundē spiritū[alteri fides].i. constantia vel sermo fidei[in eodem spū Alij gratia sanitatū] scʒ curandi infirmos[in vno spū.Alij opatio vir tutum].i. miraculorum q̄ sunt supra naturam [Alij pphetia] scʒ pdicere futura. [Alij discretio spirituum] Cor.i.gratia discernendi quo spiritu dicunt.i.bono vel malo: qr etiā dya-bolus bona [illegible] dicit[Alij gñā linguarum].i.loqui diuersis linguis [Alij interpretatio sermonū].i.īterp̄tatio obscuritatū scripture que sunt in pphetis et in euangelijs et in epi stola [hec aūt omnia] lʒ diuersa sint [operatur vnus atq ideʒ spiritus di uidens singulis prout vult].i. gratis ⁊ sicut cuiq scit expedire.

¶ Dñica.xi.i.Corinth.xv.

Notum vobis facio euāgeliū quod pre dicaui vobis quod et accepistis in quo et statis per qd ⁊ saluamini qua rōne predicauerim vobis si tene-tis:nisi frustra credidistis. Tradidi eni vobis in primis quod et accepi qm̄ xp̄s mor-tuus est pro pctis nostris se cunduʒ scripturas: ⁊ quia se pultus: ⁊ quia resurrexit ter tia die scdm̄ scripturas: ⁊ qr visus ē cephe: ⁊ post hec vn decim. Deinde visus est plus q̄ quingentis fratrib⁹ simul ex q̄bus multi manēt vsq ad huc:quidam aūt dormierūt. Deīde visus est iacobo. De inde apostolis omibus: No uissime autem omniuʒ tanq̄ abortiuo vis⁹ ē ⁊ mihi. Ego enim sum minimus apostolo rum:qui non sum dignus vo cari apostolus: quoniā pse-cutus suʒ ecclesiam dei. Gra tia autem dei sum id qd sum Et gratia eius in me vacua

nonfuit. ¶ Postilla.

¶ Notũ vobis facio euangelium qđ pređ. ꝛc. Añ initiũ illius epl'e scribit sanctus paulus dicens. Si qs ignorat ignorabitur: omia aũt honeste ꝛ scđm ordinẽ fiant in vobis. Tũc statim sequitur pñs epl'a in qua apostolus commendat nobis doctrinam euangelicam per quam perueniutur ad gloriã resurrectionis dicens [Fratres] id est O corinthij qui estis fres in christo sicut omnes in xp̄o p fidem geniti [notum vobis facio] Lyr. i. ad memoriã reduco [euangelium] id est doctrinam euangelicam [quod predicaui] id est denũciaui vobis [quod ꝛ accepistis] Glo. corde credẽdo ꝛ ore confitendo [in quo et statis] id ẽ permanere et stare debetis [per quod et saluamini] iam in spe ꝛ tandem i re [qua ratione predicauerim vobis] Corra. scꝫ per christi resurrectionem astruendo nostram resurrectionẽ [nisi frustra credidistis] id ẽ sine aliqua vtilitate: quia fides sine operib' mortua est [tradidi enim vobis in p̄mis] Lyra. inter principalia credẽda: quia articuli fidei sunt principia ex quib' alia credenda deducuntur [quod accepi] per reuelationem a spiritusctõ [quoniã xp̄s mortuus e p peccatis nostris] Lyr. non suis: vt patet Isay. liij. p̄pter scelus ꝛc. Item in eodẽ ca. Ipse autem vulneratus ꝛc. [secundũ scripturas] scꝫ ip̄orum p̄phetaruꝫ q̄ passionem christi predixerunt. Unde Hiere. xi. Ego quasi agn' ꝛc. Itẽ Isa. liij. Sicut ouis ad occisionẽ ꝛc. [ꝛ qꝛ sepult' est] Ly. vt veritas mortis ei' probaretur [et quia resurrexit tertia die secundũ scripturas] Añ Osee. vi. Uiuificabit nos ꝛc. [ꝛ quia visus est] Ly. post resurrectionẽ suam [cephe] id est petro [ꝛ post hoc vndecim] scilicet apostolis: que app̄itio facta fuit post dies. viij. sue resurrectionis presente thoma. Johan. xx. [deinde vis' est plusq̄ quingentis fratrib' simul] et illa apparitio facta fuit in galilea i qua appuit apostolis ꝛ multis alijs xp̄ifidelibus [ex quib' multi manent vsq adhuc] viuentes in illo tẽpore. Corr. qui testes sunt huius si ab eis requiratur [quidam autem dormierunt] scilicꝫ morte corporali que dicitur dormitio: quia erit in spe resurrectionis future [deinde visus est iacobo] scꝫ alphei qui dictus est frater domini et qui fuit episcopus hierosolimitanus: qui etiaꝫ sicut dicit haymo vouerat se non manducaturum quousq dñm post resurrectionem vidisset: ideo xp̄s ei apparuit: tamen hoc non legitur in euãgelio [deinde apostolis omnibus] scꝫ visus est ꝛ hoc factum ẽ in die ascẽsionis: vt pꝫ Math. vlti. [nouissime autem omnium] id est post ascensionem xp̄i in celuꝫ [tanq̄ abortiuo visus ẽ et mihi] scilicet i via quando ibam in damascum: vt patet Actuũ. ix. Lyra. vocat autem se abortiuum quia abortiuus dicitur fetus qui nascitur extra tempus debitum vel q[illegible]i cum violentia educitur de vtero. Sic apostolus quia alij renati fuerunt ante aduentum spiritus sancti ipse autem post. Item alij conuersi fuerunt sponte: ipse quasi violẽter in actu persecutionis fidei. [Ego enim sum minimus apostoloruꝫ] qꝛ vltimus tempore [qui non suꝫ dign' vocari apl's] scilꝫ si mea precedentia merita attendantur [quoniam persecutus sum ecclesiã dei] Ly. quod alij non fecerũt et in hoc minor fuit alijs apostolis: licet ex gratia dei fact' fuerit valde magnus [gratia autem dei sum id quod sum] scꝫ apostolus xp̄i: quia sine gratia dei homo nihil est: [et gratia eius in me vacua nõ fuit] id est carens bonis operibus. Sequitur in textu post epistolam illam [sed in omnibus illis abundantius laboraui] nullus eni apostolorum legitur in tot terris et prouincijs predicasse nec tot tribulationes in terra ꝛ i mari sustinuisse.

¶Dñica.xij.ij.Corint.iij.

FIduciam talem habemus per xp̄m ad deum non q̄ sufficientes simus cogitare aliq̇d a nobis quasi ex nobis: sꝫ sufficiētia nr̄a ex deo est. Qui et ydoneos nos fecit ministros noui testamenti non littera: sꝫ spiritu. Littera enim occidit: spiritus autem viuificat Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij israel in faciem moysi propter gloriaꝫ vultus eius que euacuatur quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministeriuꝫ iustitie in gloria.

¶Postilla.

¶Fiduciam talē habem⁹ per xp̄m ꝛc. Ante initiū illi⁹ ep̄le scribit sanctus paulus di. xp̄i bon⁹ odor sumus deo in his qui salui fiunt ꝛ ī his qui pereūt: ꝛ alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autē odor vite in vitam. Tunc sequitur p̄ns epistola in qua apostolus ostendit confidendum esse in deo: et hoc ꝑpter nostrū defectum et diuinum eius adiutoriū quod specialiter modo t̄pe gratie deus paratus est nobis impendere. Un̄ dicit [Fiduc am talem habemus ad deū] .i. qui est vnus in substantia ꝛ trinus in ꝑsonis [per xp̄m] id ē ex merito passionis xp̄i: et per gratiam xp̄i possumus saluari [nō q̄ sufficientes simus cogitare aliquid] supple boni [a nobis quasi ex nobis] q̄uis ei omne bonū quod agimus sit a nobis vt causa secundaria: non tamen ex nob vt causa primaria. Deus enim ē qui operatur in nobis velle et perficere: [sed sufficientia nostra] Hoc. cogitandi volendi faciendi bonū [ex deo est] vt pꝫ iohannis. xv. Sine me nihil potestis facere [qui et ydoneos nos fecit ministros] scꝫ vita ꝛ scia [noui testamenti] .i. euangelij [non littera] .i. non exn̄tis in littera tantuꝫ sicut lex moysi: quia euangelij ꝑabolas nō sꝑ ad litteram intelligimus [sed spū] .i. ad sensum spūalem [Littera enī occidit] q: testamentum vetus cognitionem peccati dabat non tamen grām [spūs aūt] id ē spūssanctus q̇ datur ī sacramentis noui testamenti [viuificat] id ē viuere facit [q̄ si ministratio mortis] id ē legis mosayce morteꝫ tēporalem inferens transgressorib⁹ [litteris deformata ī lapidibus] id ē scripta in tabulis lapideis [fuit ī gloria] id ē reuerentia [ita vt non possent intendere filij israel in faciem moysi] Nota q̄ exo. xxxij. dicitur q̄ ex colloquio dei in monte synai facies moysi fuit facta quasi cornuta nō q̄ fuissent realia cornua sed quasi quidam radij ꝓcedentes sursum angulariter in figura cornuū. Et dicit ibidem q̄ filij israel non potuerunt intendere in faciem eius. Et cum deberet eis loqui oportebat q̄ velamē apponeret ante faciem eius ꝛ hoc [ꝑpter gloriā] id ē claritateꝫ [vultus eius q̄ euacuatur] q: illa gloria in moyse non diu ꝑmā sit: sed transiuit [quomodo nō magis ministratio spūs] .i. noui testamenti [erit in gloria] supple eterna [nam si ministratio damnationis] veteris legis que ideo dicitur ministratio dānationis eo q̄ non poterat ab ea saluari [in gloria est multo magis ministerium iustitie] .i. legis euangelice [abundat gloria] id est perducit ad gloriam.

¶Dominica. xiij. Gal. iij.

Abrahe dicte sũt p̄missiones ꝛ semini eius. Non dicit et semi bus q̄si in multis sꝫ q̄si i vno: et semini tuo q̄ est xp̄s. Hoc aũt dico testamentũ cõfirmatũ a deo: que post quadringẽtos ꝛ triginta annos facta est lex nõ irritum facit ad euacuandũ p̄missionem. Nam ex lege hereditas: iaꝫ non ex p̄missione: abrahe autez ꝑ repromissionẽ donauit deus. Quid igitur lex ꝓpter transgressionẽ posita est donec veniret semen cui p̄miserat ordinata ꝑ angelos ĩ manu mediatoris. Mediator aũt vnius non est: deus autẽ vnꝰ est. Lex ergo aduersus p̄missa dei absit. Si eni data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura oĩa sub peccato vt p̄missio ex fide iesu xp̄i daretur credentibus.

¶ Postilla.

¶ Abrahe dicte sũt p̄missiones ꝛc. Añ initiũ illiꝰ ep̄le scribit sanctus paulꝰ d. Scriptũ ē Geñ. xv. Credidit abrahã deo et reputatũ est ei ad iustitiã. Tũc sequit̃ p̄ñs ep̄la [Abrahe dicte sunt p̄mis. ꝛc.] Ubi notandũ ꝙ galathe gentiles fuerunt greci et per ap̄lm paulũ ad fidẽ xp̄i conuersi sunt. Et recedẽte ab eis ap̄lo ꝑ pseudo ap̄los fuerũt seducti ꝛ decepti ita ꝙ ad obseruationẽ legaliũ veteris testamenti verterent̃ quasi ꝑ fidez xp̄i absq̧ legalium obseruatione saluari non possent qđ falsũ est. Quos ap̄ls ad verã fidez reuocat in ep̄la hodier. di. [Fratres abrahe dicte sũt] supple a deo [p̄missiones] eterne [ꝛ semini eius] scꝫ xp̄o: ꝑ eum p̄mittebat̃ danda benedictio: vt pꝫ geñ. xxij. In semine tuo benedicentur omẽs gẽtes [nõ dicit et seminibus quasi in multis sꝫ quasi in vno ꝛ semini tuo q̄ est xp̄us] Un. illa p̄missio abrahe ĩpleta fuit q̄ñ xp̄s ex maria virgine natus fuit: ꝛ post xp̄i aduentũ cessauit lex in cerimonijs ꝛ figuris [hoc autez dico testamentũ confirmatũ a deo] .i. p̄missiones ille ꝑ modũ testamẽti sunt confirmate a deo cũ iuramẽto diuino: vt pꝫ Geñ. xxij. Per memetip̄m iuraui dicit dñs ꝛc. Un. testamentũ dr̃ scriptura autentica voluntate testatoris ꝛ testium roborata: ꝛ qꝛ p̄missio illa fuit iuramento dei firmata: ideo bñ dicit̃ testamentũ [q̄ post quadringentos et trigĩta annos facta ē lex] ideo sic lex cõstruẽda ē. Lex que post quadringẽtos ꝛ. xxx. annos facta est .i. data est in monte synai a p̄missione abrahe ipsi moysi: ꝛ ꝑ tm̃ tp̄s fuerunt filij israel in egypto: vt hr̃ Exo. xij. Illis annis expletis eadẽ die egressus est omnis exercitus. Computãtur aũt hi anni a p̄missione prima facta abrahe vsq̧ ad dationem legis [non irritum facit ad euacuandũ p̄missionẽ] Lyr. id est non euacuat p̄missionem abrahe factam quasi irritam quod tamen faceret si daret̃ hereditas ꝛ benedictio ex lege [nã si ex lege hereditas] id ē beatitudo eterna [iam non] eẽt [ex p̄missione] ꝛ ita euacuaret̃ ꝛ frustraret̃ p̄missio facta abrahe: ꝙ autem hoc nõ est: hic ꝓbat dicens [Abrahe autez ꝑ repromissionẽ donauit deꝰ] sup. beatitudinem et gloriam ꝛ benedictõez: non ꝓpter legem sed ꝓpter promissionem hoc est ꝓpter fidem xp̄i sepe promissi quia abraham hoc credidit quod deus sibi promisit ꝛ sic patet ꝙ omnes antiqui qui iustificati sunt ex ipsa fide christi iustificati sunt et non propter opera legis. Nam ipsi crediderunt hoc futurum quod nunc

credimus preteritum: et ideo iustificati sunt et non propter legem: quia abraham iustificatus est: et legem tamen non habuit quia multo tempore ante legem vixit. Unde Bern. dicit Multi ante saluatoris aduentum deum omnipotentem timentes et diligentes sue salutis gratissimum promissorem credentes in promissione fidelium sperantes certissimum redemptorem in hac fide et expectatione saluati sunt. Unde Aug. Nemo liberatur a damnatione que facta est per adam nisi per fidem domini nostri iesu christi [quid igitur lex] Ly. id est ad quid fuit vtilis. q. d. quia ergo lex non iustificauit sed sola fides: quare ergo posita est et data. Ad hoc respondetur quod tamen non inutiliter data est [propter transgressiones posita est] id est propter punitiones peccatorum: quia in lege determinantur graues pene pro determinatis vitijs quarum terrore cohibeantur homines a peccatis [donec veniret semen] i. christus [cui] i. de quo [promiserat] vt patet Gen. xxi. In semine tuo benedicentur omnes gentes [ordita per angelos] i. ministerio angelorum Ly. Lex ei non fuit data imediate a deo: sed per angelum qui loquebatur moysi in monte synai [in manu mediatoris] i. in potestate christi vt. s. duraret quantum vellet: quia venit in mundum quando sibi placuit non statim post hominis casum [mediator autem vnius non est] sed duorum extremorum que coniungit [deus autem vnus est] s. christus: qui est vnus cum patre et spiritu sancto: et hoc est secundum diuinam naturam. Et est etiam mediator dei et hominum reconcilians homines deo patri: et hoc secundum humanam naturam [lex ergo aduersus promissa dei absit] Ain. q. d. nullo modo lex fuit contra promissa dei quamuis promissio fuit perfectior quam lex [Si enim data esset lex que possit viuificare] i. ad vitam eternam conferre [vere ex lege esset iustitia] non ex promissione abrahe [sed conclusit scriptura] i. lex moysi que est lex scripta [omnia sub peccato] ly. inquantum ostendebat peccatum nec tamen mundabat [vt promissio] eterne beatitudinis [ex fide iesu christi daretur credentibus] lyra. fide formata que facit tendere in deum

¶ Dominica. xiiij. Gal. v.

Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur: vt non quecunque vultis illa faciatis quod si spiritu ducimini non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicatio: immundicia: impudicitia: luxuria: ydolorum seruitus: veneficia: inimicitie: contentiones: emulationes: ire: rixe: dissentiones: secte: inuidie: homicidia: ebrietates: comessationes. et his similia. Que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus est caritas: gaudium pax: patientia: longanimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia: castitas: aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs.

¶ Postilla.

¶ Spiritu ambulate et desideria etc. Ante initium illius epistole scribit sanctus paulus di. Omnis lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Tunc sequitur presens epistola vbi notandum quod epistola hodierna et euangelium hodiernum in hoc con-

cordant quia sicut euangeliũ dicit de decem leprosis qui sunt a xp̄o mundati: sic ep̄la enumerat opa carnis q̄ leprā spūalem q̄ horribilior est lepra corpali inducūt. Hortaẛ aūt nos ap̄ls ĩ hac ep̄la vt caute ābulem⁹ di. [Spū ābulate] Ain. i. scd̄m spm̄ diuinū opa vr̄a facite [⁊ desideria carnis] .i. delectationes et cōcupiscētias q̄ caro suggerit [nō pficietis] .i. ope non ĩplebitis [caro eĩ cōcupiscit aduersus spm̄] Lyr. i. sensualitas contra rōem [spūs aūt] supple ecōuerso [aduers⁹ carnē. Hec eĩ sibiinuicē aduersanẛ] .s. caro ⁊ spūs. Caro eĩ natōe terrestris. Sp̄s aūt celestis: ⁊ dū vnūqd̄qꝫ ad patriaꝫ suā tēdit fit pugna vehemēs intantū [vt non q̄cunqꝫ vultis] scd̄m rōeꝫ [illa faciatis] ĩpediti motu sensualitatĩ [q̄ꝫ si spū ducemini] Lyra. sequentes ĩstinctū spūssancti [nō estis sub lege] Gor. q̄ mala a gētibus posita ē: vt puniaẛ pro excessib⁹ suis [manifesta sūt aūt opa carnis] q: sunt sensibilia [q̄ sunt fornicatio] Ly. q̄tuꝫ ad ɔcubitū soluti cū soluta [imundicia] Gor. id ē pctm̄ cōtra naturā qd̄ est innomiabile [impudicitia] Hoc est in gestib⁹ vel actib⁹ vel osculis vel aliĳs circunstātĳs illicitĩ [luxuria] est nomē gn̄ale vitiū illud ad ydoloꝝ seruitus] ly. vt pꝫ de salomone. iĳ. Reg. xi. qui ex ardore libidinis cuꝫ mulieribus alienigenis mot⁹ fuit ad sequēdū deos earū [veneficia] ly. i. sortilegia q̄ rōne libidĩs solēt fieri [inimicitie] ly. latētes aio [contētiones] ĩ verbis clamorosis [emulationes] ĩ factis [ire rixe] in affectu nocendi vt qñ seinuicē pcutiūt vel ledūt [dissentiones] .i. qñ ptes fieri incipiunt ⁊ scismata [secte] .i. hereses [inuidie] in aĩo [homicidia] in facto [ebrietas] Gor. i. assidue potātōes quo ad supfluitatē in potu [comessationes] supflue quo ad cibum [⁊ his similia] ad q̄ caro ē ɔpna. sicut vestimētorū ⁊ lectoꝝ ⁊ mollicies balneorū: et sic de aliĳs [que p̄dico vobis] .s. anteq̄ꝫ veniat dies iudicĳ: q: tunc penitere nō poteritis [sicut p̄dixi] vobis añ hanc ep̄lam [qm̄ qui talia agūt] id ē aliqd̄ hoꝝ [regnū dei nō cōsequenẛ] Ain. ex hoc sequiẛ q̄ꝫ illa pctā iā enumerata in littera sunt pctā mortalia q: nihil sepat a dō nisi mortale pctm̄ Post hoc describit vitā spūalem di. [fructus aūt spūs] .i. opa spūssancti [ē caritas] sine qua ea q̄ sequunẛ nō valent: ideo p̄ponitur [gaudiū] .i. puritas consciētie et exultatio mentis ⁊ hec ē digna leticia [pax] .i. ɔcordia ad ɔximū quādo se non inq̄etant et turbant [paciētia] scꝫ in tolerātia aduersitatū [lōganimitas] .s. in expectatōe p̄mioꝝ [bonitas] .i. dulcedo animi interius [benignitas] .i. largitas reruꝫ ostēdens bonitatē animi Job extra p opera [māsuetudo] est q̄ꝫ tractabilis ⁊ cōuersatiu⁹ cum aliĳs [fides] .i. certitudo de inuisibilibus vt credat oĩa credenda ⁊ non alia [modestia] vt hō seruet modū in dictis in factis et in oĩbus agēdis [cōtinētia] vt homo ēt aliquando a licito se abstineat ɔpter deum [castitas] vt recte vtatur licitis vt vxore ⁊ hmōĩ [aduersus huiusmodi] scꝫ opera [non ē lex] quia iusto nō ē lex posita sed malis imposita est lex vt iniquitas eorū per penas legis puniatur: sꝫ bonis imposita est crux xp̄i ergo dicit [qui autem sunt xp̄i] .i. boni xp̄i imitatores [carneꝫ suā crucifixerunt] id est xp̄o crucifixo se conformauerunt affligēdo carneꝫ suam [cū vitĳs et concupiscentĳs] Lyra. ita q̄ꝫ concupiscētie et vitia mortua sunt in eis.

Dñica. xv. Gal. vi.

SI spiritu viuim⁹ spiritu et ambulemus Non efficiamur inanis glorie cupidi inuicē ɔuocantes inuicē inuidentes Fratres ⁊ si p̄occupatus fuerit homo in aliq̄ delicto: vos q̄ spūales estis huiusmodi in

struite in spũ lenitatis consi-
derans teipsum ne⁊ tu temp
teris. Alter alterius onera
portate: et sic adimplebitis
legem xp̃i. Nam si quis exi-
stimat se aliq̃d eẽ cũ nihil sit:
ipse se seducit. Op⁹ aũt suuz
ꝓbet vnusq̃sq;: ⁊ sic in semet
ipso tantũ gloriã habebit et
non in altero. Unusquisq; ei
onus suũ portabit. Cõmuni
cet autez is qui cathezisatur
verbo ei qui se cathezisat in
oĩbus bonis. Nolite erra-
re deus non irridetur. Que
eñ seminauerit homo hec et
metet: qm̃ qui seminat in car
ne sua de carne ⁊ metet cor-
ruptionẽ. Qui aũt seminat ĩ
spũ: de spũ metet vitã eternã
Bonũ aũt faciẽtes nõ defici
amus: tp̃e enim suo metem⁹
non deficientes. Ergo dũ tẽ
pus habem⁹ operemur bo-
num ad omnes maxime au-
tem ad domesticos fidei.

¶ Postilla.

¶ Si spũ viuimus spiritu ⁊c.
Añ initiũ illi⁹ ep̃le scribit sctũs paul⁹
di. Qui sunt xp̃i carnẽ suã crucifixe-
rũt cũ vitiis ⁊ ꝯcupiscẽtiis. Tũc sequi
tur ep̃la p̃ns q̃ cũ euãgelio hodierno
ꝯcordari põt hoc mõ. In euãgelio di
citur nemo põt duobus dñis seruire.
Duo dñi sunt caro ⁊ spũs. In ep̃la ve
ro dr̃ qualiter spũ sit ambulãduz ⁊ nõ
scd̃z carnẽ. Item in euãgelio ꝓhibet
sollicitudo vite p̃ntis. In ep̃la horta-
mur ad opa spũs viuificãtis. Añ apo
stolus dicit [Fratres si spũ viuim⁹] .i.
ꝑ spm̃ sctm̃ [spũ ⁊ ambulemus] sequẽ
do instinctũ spũssancti in opibus no-
stris vel dictamen recte ratõis: ⁊ quia
bonũ opus prout frequẽter est occa-
sio vane glorie: ideo subditur [nõ effi
ciamur inanis glorie cupidi iuicẽ ꝓ-
uocãtes] Lyr. vbis iniuriosis [iuicez
inuidẽtes] de bonis ꝓximorꝝ dolẽtes
po'st hoc apostolus ĩducit nos ad mu
tuã supportationẽ di. [Fratres ⁊ si ꝓ-
occupat⁹ fuerit homo] Lyr. ꝑ aliquã
passionẽ insurgentem vel per aliquã
ignorantiã [ĩ aliquo delicto] Ubi sciẽ
dum ꝙ peccatũ est perpetratio mali
⁊ desertio boni [vos q̃ spũales estis]
id est perfectiores in vita ⁊ sciẽtia [hu
iusmodi instruite] id est ad bonuz re-
ducite [in spũ lenitatis] id est rationa
biliter ⁊ leniter non in impetu furo-
ris [considerãs teipsum] id est fragili
tatem ꝓpriam [ne ⁊ tu tempteris] id
est in simile pctm̃ cadere ꝑmittaris si
cut petrus cadere ꝑmissus ẽ vt sciret
compati casibus subditorꝝ [alter alte-
rius onera portate] id est ĩfirmitates
mutuas ⁊ labores subueniendo mu-
tur presens lectio siue epistola[Justorum anie in manu dei sunt]Ly.sunt eni anime iustorum immortales et separate a corporib⁹ p mortez. Et sunt in manu diuine misericordie: p securitatē glorie consequende. nā a tempore passionis xpi postq̄ apta est ianua glorie si non hn̄t aliquid ad purgandum statim euolant ad gloriā. si aūt habent aliquid ad purgandū detinentur in manu diuine iustitie i pena purgatorij ad temp⁹ sunt tn̄ secure de sua beatitudine ꝯsequēda ergo dr̄ hic iustoꝝ anime i manu dei sunt [et nō tanget illos tormentū mortis] scꝫ tormentū gehenne[vise sunt oculꝭ insipientium mori] totaliter in aīa et corpe[et estimata ē afflictio exit⁹ illorū.Et ab itinere iusto abierūt i exterminū de hoc mūdo reputata est mera afflictio ab illis qui aliā vitā hoīs non credunt post hanc vitam[et qd̄ a nobis est iter exterminū] scꝫ errorē illorum qui dicūt hoīes recedentes a nobis per mortez totaliter exterminari[illi aūt].i.iusti[sunt in pace.Et si coram hominibus tormēta passi sunt spes illorum immortalitate plena ē] qꝛ non potest amitti. Jmmortalitas vero ade non fuit plena qꝛ amitti poterat et fuit amissa[in paucis vexati] id ē tribulati[in multis bene disponētur [p gloriā anie et corpis] qm̄ de⁹ tēptauit eos]scilꝫ vt virtus patientie coꝝ nota fieret alijs ad exemplū imitationis[et inuenit eos dignos se tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit illos] scilꝫ q̄ non deteriorat̄:sꝫ meliorat̄ et in tēpore retributionis erit respectus illorum]non solū q̄tuz ad animā sꝫ etiā q̄tum ad corpus quod resurget gloriosum[fulgebunt iusti] per dotē claritatis[et tanq̄ scintille in arundineto discurrent]per dotē agilitatis [iudicabunt nationes]nam perfecte iudicabunt cum xp̄o in iuditio finali[et dominabuntur populis et regnabit dominus illorum imperpetuum.

¶Itē alia epistola de martyribus. Sap.v.

Iusti aūt imppetuū viuēt et apud dn̄m ē merces eorū et cogitatio illorū apud altissimuz. Ideo accipient regnū decoris et dyadema spēi de manu dn̄i qm̄ dextera sua teget eos et brachio sancto suo defēdet illos et accipiet armaturā zelus illi⁹ et armabit creationem inimicoꝝ. Induet ꝓ thorace iustitiā et accipiet ꝓ galea iudiciū certū. Sumet scutū iexpugnabile equitatē ibunt directe emissiones fulgurū et ad certū locuz deducet illos dn̄s de⁹ noster.

¶Postilla.

¶Justi aūt imppetuū viuēt ꝛc.Ante initiū illi⁹ lectionis habetur in eo.c.q̄ dānati in inferno quotidie clamāt. Quid nobis ꝓfuit superbia aut diuitiarū iactantia quid contulit nobis transiert omnia illa tanq̄ vmbra. Tunc sequit̄ p̄ns lectio q̄ hodie ꝓ epistola i missa legit̄:in qua demōstrat̄ q̄ sit merces] martyrū : qualiter a dn̄o ꝓtecti: qualit̄ a dn̄o armati ad pugnā ꝯtra inimicos fidei ꝓcesserūt et sic ad eternā beatitudinē ꝓuenerūt ergo hic dicit̄[Justi aūt imperpetuū viuēt]scꝫ vita glorie[et apud dn̄m est merces eoꝝ]scꝫ a quo sperant p̄mia ri non a mundo [et cogitatio illorum apud altissimū]ad cuius honorē ordinat facta sua[Ideo accipiēt regnū decoris et dyadema speciei,d̄ manu dn̄i] scꝫ celestē gloriā vbi nihil ē turpe]qm̄ dextera sua teget eos [reponēdo eos i beatitudine que per dexteram itelligitur[et brachio sancto suo defen-

det illos] In hoc designat securitas beatitudis que a nullo potest auferri. Post hoc describit miseriã iniquorũ dicens et accipiet armaturã zelus illius. Nam et zelo iustitie pcedit ad turbationẽ maloꝝ[ꝛ armabit creaturam ad vltionẽ inimicoꝝ] ly. nã omnibus creaturis vtet ad afflictionez reproboꝝ. Sicut ecõuerso oẽs creature cedent ad gloriã electoꝝ[induet pro thorace iustitiã] a qua nõ poterit deflecti cũ ipse sit regula iustitie[ꝛ accipiet pro galea iudiciũ certum. Nam iudicando non põt deficere. Sumet scutum inexpugnabile equitatẽ: que ita erit euidẽs ꝙ nullus eam poterit impugnare[ꝛ ibũt directe emissiões fulgurũ]ad afflictionẽ malorũz[ꝛ ad certũ locũ deducet illos dñs deus nr̃] Nam scd̃m ꝙ dñs pordinauit de ipsis ita et ipsi pdicationis ꝛ passionis certa loca adierunt.

¶ Item alia epistola de pluribus martyribus. Sap. x. c.

Reddet deꝰ omnem mercedem laborum suoꝝ et eduxit illos in via mirabili et fuit illis in velamẽto diei et i luce stellarum nocte. Trãstulit illos p mare rubꝛuz et transuexit illos per aquã nimiã: iimicos aũt illorum dimersit in mare et ab altitudine inferoꝝ eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum decantauerunt dñe sanctũ nomẽ tuũ et victricem manum tuam laudauerunt pariter dñe deꝰ noster ¶ Postilla.

¶ Reddit deus omnẽ mercedem laborum ꝛc. Ante initium illius lectionis habetur in eodem ca. Sapientia eterna venditum iustum scz Joseph quem fratres sui vendiderũt non dereliquit sed a peccatoribus liberauit eum: descenditqꝫ cum illo in foueam et in vinculis non dereliquit illum et mendaces ostendit qui maculauerunt eum et dedit illi claritatem eternaz. Tunc sequitur presens lectio siue epistola. [Reddet deus] scz iustis [omnem mercedem laboꝝ suorum] Ly. nam de mãdato domini filij israel recedentes spoliauerunt egyptum scz mutuo a vicinis vasa aurea et argẽtea accommodando ꝛ hoc in recompensatione laborum quibꝰ iniuste aggrauauerant eos egyptij. vt habetur Exo. xij. [Et eduxit illos in via mirabili: ꝛ fuit illis in velamẽto diei: ꝛ in luce stellarũ nocte] Nam columna nubis conduxit illos p diez ignis per noctez[transtulit illos per mare rubrum et transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos illorũ dimersit in mare ꝛ altitudine inferorũ id ẽ de fũdo maris eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorũz] viderunt eñ egyptios mortuos sup littus maris. Exo. xiiij. Et spoliauerũt eos armis pciosis ꝛ ſm hebreos ista preda fuit maior ꝙ illa q̃ prius spoliauerãt egyptum vasis aureis ꝛ argenteis[ꝛ decantauerunt dñe sanctũ nomen tuum]dicentes illud canticum Cantemꝰ domino gloriose enim magnificatus est equum et ascensorẽ deiecit in mare[ꝛ victricẽ manũ tuã]. i. potentiã tuam egyptios submergentem[laudauerunt pariter domine deus noster]

¶ Itez alia epl̃a de pluribus martyribus: Prouer. xv. ca.

Lingua sapientium ornat sapientiã: os fatuorũ ebullit stultitiã. in omi loco oculi domini contẽplantur bonos ꝛ ma

los: lingua placabilis lignũ vite: que autem immoderata est conteret spiritum. Domus iusti plurima fortitudo et in fructib⁹ impij cõturbatio. Labia sapientum disseminabunt sciam: cor stultoꝝ dissimile erit: victime ipioꝝ abhominabiles domino: vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustitiam diligetur a domino. ¶Postilla.

¶Lingua sapientũ ornat scientiã ꝛc. Ante initiũ illius lectõis habetur in eodẽ cap. Rñsio mollis frangit iram: sermo dur⁹ suscitat furorẽ. Tunc stati sequit̃ pñs lectio [lingua sapientũ ornat sciam] qꝛ debito tẽpore et loco ꝛ gratiose ꝓponit eã [os fatuorũ ebullit stultitiã] qꝛ impetuose ꝓfert eam [in omi loco oculi dñi ꝯtẽplant̃ bonos et malos lingua placabilis] .i. suauis eloquio erga ꝓximũ ꝛ orõni intenta erga deũ ad ipm placandũ [lignũ vite] qꝛ sicut ꝑ lignũ vite continuabitur vita corꝑalis: ita ꝑ talem linguã vita spũalis [Que aũt imoderata est] scꝫ ad loquendũ [cõteret spm̃] qꝛ i multiloquio non deerit pctm̃ [Dom⁹ iusti pluria fortitudo] qꝛ dñs ꝓtegit eam [in fructib⁹] .i. in opibus [impij cõturbatio] qꝛ malus non põt habere pacẽ ad ꝓximũ nec etiã ad seipm [Labia sapientũ disseminabũt scientiã] scꝫ ppl̃m docendo [cor stultorũ dissimile erit] .s. cordi sapientis ꝛ etiam sibijpsi: quia diuersis ꝛ varijs cogitationib⁹ agitatis [victime impioꝝ abhoiabiles dño] sicut oblatio cayn: quia fuit de alieno vel mala voluntate [vota iustorũ placabilia] sicut pat ꝫ de abel: quia ad abel respexit dñs ꝛ ad munera eius [q̃ sequit̃ iustitiã] scd̃m eam oꝑando [diligetur a dño] qui est regula iustitie.

¶Itẽ alia epistola de pluribus martyrib⁹. Prouer. xi.

Expectatio iustoꝝ leticia: spes aũt impiorum peribit. fortitudo simplicis via dñi ꝛ pauor his qui oꝑantur malum Iustus ineternũ non cõmouebitur: impij autem non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiã: lingua prauorum peribit. labia iusti ꝯsiderant placita: et os impiorũ peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos: et supplantatio peruersoꝝ vastabit illos: iustitia rectorũ liberabit eos: ꝛ i insidijs suis capiẽtur iniqui. iustus de angustia liberatus est vt traderetur impius pro eo: simulator ore decipit amicũ suum: iusti aũt liberabuntur scientia. In bonis iustorũ exaltabitur ciuitas: et in perditione impiorum erit laudatio.

¶Postilla.

¶Expectatio iustoꝝ letitia spes autẽ ꝛc. Ante initium illius lectionis habetur in eodem ca. Sic timor domini apponet dies ꝛ anni impiorum breuiabuntur. Tunc statim sequitur presens epistola [expectatio iustorum letitia] id est beatitudo eterna que habet annexam leticiã [spes autem impiorum peribit] id est presumptio eorum peribit. Quia presumunt habere beatitudinem sine meritis dicentes. Deus non fecit nos ad damnandum sed ad saluandum: [fortitudo simplicis via domini] id ẽ

eius iustitia simplices et rectos pre-
miando[et pauor his qui operantur
malum] scilz impios puniendo [Ju
stus ineternum noncommouebitur]
scilicz a stabilitate virtutis [impij au
tem non habitabunt super terram]
scilicet viuentium[os iusti parturiet
sapientiam]scilz alios docendo[lin-
gua prauorum peribit] Unde diues
epulo in inferno existens magis cru
ciabatur in lingua q̃ in alijs mem-
bris:vt patet Luce.xvi. [Labia iusti
considerant placita]scz deo et homi
nibus [et os impiorum peruersa]id
est blasphemias ↄtra deũ ⁊ iniurias
ↄtra ꝓximũ[Simplicitas iustoꝝ].i.
qua procedunt ĩ factis suis sine plica
dolositatĩ [diriget eos] ad btitudinẽ
[⁊ supplantatio peruersoruz]qua de
cipiunt simplices[vastabit illos]ĩ pe
na inferni et etiam aliquãdo propter
hoc destruunt in vita presenti[iusti-
tia rectorũ liberabit eos] scz a morte
gehẽne[⁊ in insidijs suis capient ini
qui] Sicut iniqui iudices insidiãtes
susanne fuerũt adiudicati morti [Ju
stus de angustia liberatus est vt tra-
deretur impius pro eo]quod patz de
dauid iusto qui fuit ĩ regno restitutꝰ
⁊ impius absalon cum tribus lanceis
transfossus:vt pz.ij.Regũ.x viij.[Si
mulator].i. ypocrita qui simulat san
ctitatem[ore decipit amicum suũ].i.
illum a quo sperat ꝓmoueri cui adu
latur[iusti aũt liberabunt]scilicet ab
ista deceptione [scientia]scilz qua di
scernitur inter sanctitatem veram et
fictam[in bonis iustoꝝ exaltabitur ci
uitas]scz a deo:sicut ezechias oratio-
nibus ⁊ lachrymis suis saluauit ciui
tatem hierusalẽ a sennacherib:vt pz
iiij.Regũ.xix.Similiter sanctus Ba
silius in nouo testamẽto oratiõe sua
ciuitatem a iuliano apostata.

¶Itez epistola de pluribus martyribus.Heb.xi.

SAncti per fidem vi-
cerũt regna:opera-
ti sunt iustitiaz:ade
pti sunt repromissiones.Ob
turauerunt ora leonũ:extin
xerunt impetũ ignis:effuga
uerunt aciẽ gladij:conualue
runt de ĩfirmitate:fortes fa
cti sunt in bello.Castra ver-
terunt exterorum:accepert̃
mulieres de resurrectõe mor
tuos suos.Alij autem disten
ti sunt non suscipientes redẽ
ptionem:vt meliorẽ inueni-
rent resurrectionem.Alij ve
ro ludibria ⁊ verbera exper
ti insuper et vincula ⁊ carce
res lapidati sunt:secti sunt:
tẽptati sunt:in occisione gla
dij mortui sunt.Circuierunt
in melotis in pellibus capri-
nis.Egentes angustiati af-
flicti qbꝰ dignꝰ nõ erat mun
dus ĩ solitudinibus errãtes
in mõtibus ⁊ spelũcis ⁊ in ca
uernis terre:⁊ hi omẽs testi
monio fidei probati inuenti
sunt in xp̃o iesu domino no-
stro.

¶Postilla.

¶Sancti p fidem vicerũt re
gna ⁊c.In hac epistola commemorat
apostolus patientiam et passiones et
victorias per fidem sanctorum mar-
tyrum cuius virtute patientes fue-
runt:et victores extiterunt dicens.
[Sancti per fidem vicerunt regna]
sicut patet in martyribus qui vice-
runt reges et presides [operati sunt
iustitiam:et adepti sunt repromissio-
nes] Lyra. gratie in via et glorie in

patria[Obturauerunt ora leonum]ſi cut legiẗ de daniele miſſo in lacū leo num:⁊ de pluribus martyribus ⁊ vir ginibus legitur in legendis ſanctorū q̄ fuerunt ꝓiecti ante leones ⁊ vrſos et tamē manſerunt illeſi[extinxerunt impetū ignis]ſicut tres pueri miſſi a nabuchodonoſor in fornacem ignis: quibus ignis nō nocuit:nec eos ī ali- quo contriſtauit.Simile etiā legiẗ de pluribus ſanctis martyribus ⁊ virgi- nibus ī nouo teſtamēto[effugauerūt aciē gladij].i.exercitū accīctū gladijs vt dauid ⁊ multi alij reges ⁊ principes diuino adiutorio vicerunt exercit⁹ ma gnos ⁊ fortes in veteri ⁊ etiā nouo te ſtamento[cōualuerūt de infirmitate] per orationē ⁊ penitentiā:vt ezechias iob;⁊ thobias ⁊c.Simile legiẗ de ſan ctis noui teſtamēti q̄ multi īfirmi ſūt curati per orationes ſanctoꝝ ⁊ per pe nitentiam[Fortes facti ſunt ī bello] ſicut ioſue ⁊ iudas machabeus cū fi- lijs ſuis:qui fortiter bellādo obtinue runt terras ⁊ ciuitates[Caſtra verte- rūt exteroꝝ].i.inimicorū quos verte runt in fugā[acceperunt mulieres] id ē matres[de reſurrectiōe mortuos ſuos]id ē pueros ſuos reſuſcitatos:ſi cut per helyam ⁊ helyſeū in veteri te ſtamento ⁊ etiā multi defuncti ī nouo teſtamento reſuſcitati ſunt per xp̄m ⁊ apl̄os ⁊ per alios ſctōs.ſicut ptz in le- gendis ſanctoꝝ[alij autē diſtenti ſūt] ſcʒ in eculeo ⁊ alijs tormētis ꝓpter fi dem vnius veri dei[Non ſuſcipiētes redemptionē].i.non accipientes libe rationē:ſicut ſanctus andreas qui de cruce deponi noluit:⁊ ſic de alijs[vt meliorem inuenirēt reſurrectionē]vt quāto grauiora ſuſtinerent ꝑ xp̄o tan to glorioſius coronarentur[Alij vero ludibria ⁊ verbera experti inſuper ⁊ vin- cula ⁊ carceres lapidati ſunt]vt hiere mias et zacharias filius ioiade[ſecti ſūt]ſicut Iſayas ferra lignea ex iuſſu regis manaſſe[tēptati ſūt].ſ.ꝓmiſſio nib⁹ pſecutoꝝ ⁊ blandimētis muneꝝ: vt ad idolatriā īclinarentẗ[ī occiſione gladij mortui ſūt]qꝛ multi ī veteri te ſtamēto nolētes ꝯſentire ī ydolatriā gladio ꝑcuſſi ſunt:⁊ oīa iam enume rata etiā in nouo teſtamēto ſctīs mar tyribus ⁊ etiā virginibus ꝯtigerūt ꝓ pter fidē dn̄i noſtri ieſu xp̄i.Poſt hoc deſcendit ad heremitas ⁊ ſctōs q̄ non effuderūt ſanguinē ſuū ꝓpter fidē ca tholicā dicēs[Circūierūt]ꝑ deſerta ⁊ multa mūdi loca[in melotis]Ubi no tandū q̄ melota eſt aīal cui⁹ pellis eſt hiſpida:ſicut pellis hericij[⁊ in pelli bus caprinis]nā illis pellib⁹ tegeban tur ſancti.i.hoīes ſilueſtres viuentes in deſertis locis:ſicut helyas ⁊ ſctūs iohānes baptiſta:⁊ ſic de alijs[egen- tes].ſ.neceſſarijs[anguſtiati].i.anxie tatibus[afflicti].ſ.laborib⁹ ⁊ preſſuris [quib⁹].i.quoꝝ ꝯuerſatione ⁊ hītatio ne[dignus nō erat mūdus].i.amato res mūdi nō erāt digni tantoꝝ viroꝝ p̄ñtia[in ſolitudinib⁹ errātes:⁊ in mō tib⁹ ⁊ ſpelūcis ⁊ in cauernis terre]ſpe lūce natura facte ſūt:cauerne arte vl̄ caſu facte ſunt.Talia enī loca inhabi tabāt antiqui patres vt eſſēt ī loco ap to diuine cōtēplationi[⁊ hi oēs].ſ.p̄- dicti ſcti[teſtimonio fidei].i.fide eoꝝ atteſtante[ꝓbati].i.ꝓbabiles[inuen ti ſunt in xp̄o ieſu dn̄o noſtro].

¶Sequitur nūc epl̄a de vno confeſſore ⁊ pontifice. Eccl̄. xliiij.

Ecce ſacerdoſ magn⁹ qui in dieb⁹ ſuis pla cuit deo:⁊ inuentus eſt iuſtus et in tempore ira- cundie factus eſt reconcilia- tio. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem ex celſi: ideo iureiurando fecit illum dominus creſcere īple bem ſuam. Benedictionem omnium gentium dedit illi ⁊

testamentuz suum confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: ⁊ inuenit gratiaz corã oculis domini. Magnificauit eũ in conspectu regum ⁊ dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentuz eternum: ⁊ dedit illi sacerdotium magnuz: ⁊ beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum in odorẽ suauitatis.

¶ Postilla.

¶ Ecce sacerdos magnꝰ qui in diebus suis ⁊c. Ante initium illius lectõis habetur sic. Enoch placuit deo et translatus est in paradisum viuus. Ubi sciendũ q hic sub noĩe enoch designatur laus istius magni sacerdotis et epĩ cuiꝰ festũ hodie in ecclesia peragitur: cũ dicit [Ecce sacerdos magnꝰ qui in diebus suis placuit deo ⁊ inuẽtus est iustus ⁊ ĩ tempore iracũdie factus est reconciliatio]. i. causa recõciliationis diuine [et non est inuentꝰ similis illi] in gloria. s. in opere virtuoso [qui cõseruaret legẽ excelsi]. s. legẽ naturalem menti humane impressaz [ideo iureiurando fecit illuz dñs crescere in plebem suã] Ly. hoc ppꝛie dictum est de abraham: vt habet Gen. xxij. Per memetipz iuraui dicit dñs: qꝛ fecisti hãc rez ⁊ nõ pepercisti vnigenito tuo propter me: benedicã tibi et multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas celi: ⁊ sicut arenam que est ĩ littore maris ⁊c. Sed hoc attribuitur illi sancto confessori cuius festum hodie peragimus [benedictionẽ omniũ gentiũ dedit illi]. i. dñs gratiosum eũ fecit in cõspectu omniũ gentiũ inter quas habitauit [⁊ testamentũ suum]. i. pactũ [cõfirmauit sup caput eiꝰ. Cognouit eũ in benedictionibꝰ suis]. i. approbauit tanq̃ dignũ suis benedictionibꝰ [conseruauit illi mĩam suã: ⁊ inuenit gratiam coraz oculis dñi. Magnificauit eum in conspectu regũ: ⁊ dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamẽtuz sempiternũ: ⁊ dedit illi sacerdotiũ magnum]. i. principem sacerdotũ [⁊ beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudem in noĩe ipsius et offerre illi incensum dignum ĩ odorem suauitatis].

¶ Item alia epistola de vno cõfessore. Eccle. xlv.

Dilectus deo et hominibus: cuius memoria in benedictõne est. Similem illum fecit in gloria sanctorum et magnificauit euz in timore inimicorum: ⁊ in verbis suis mõstra placauit. glorificauit illuz in conspectu regum: ⁊ iussit illi coram populo suo ⁊ ostendit illi gloriam suã. in fide et lenitate ipsius sanctuz fecit illũ: et elegit eum ex omni carne. Audiuit em̃ eum ⁊ vocem ipsius: ⁊ iduxit illum in nube. ⁊ dedit illi coꝛ ad pcepta ⁊ legem vite ⁊ discipline.

¶ Postilla.

¶ Dilectꝰ deo ⁊ hoĩbus ⁊c. In verbis huius lectionis quo ad literam cõmẽdatus est moyses: quia a pueritia sic fuit gratiosus vt esset diligibilis omnibus: ppter quod filia regis in pueritia ipsius euz in filiũ ado

ptauit: vt habet Exo. scdo. et hic sub noie ipsi⁹ moysi designatur laus isti⁹ sancti confessoris: cuius festū hodie i ecclesia peragitur cū dr [Dilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictione est]. Ly. id est in omni bono [Similē illū fecit in gloria sanctorū] scȝ videndo diuinam essentiam: sicut dicit augustinus ad paulinū de videndo deum [ꝛ magnificauit euȝ in timore inimicorū] id est egyptiorum inter quos fuit magnus valde [ꝛ in verbis suis mōstra placauit] qꝛ plage egypti mōstruose cessauerūt ad eius orationem [glorificauit illū i ꝯspectu regū] scȝ pharaonis regis egypti: ꝛ seon et og: vt hr̄ Nu. xx. [ꝛ iussit illi corā populo suo] scȝ i monte synai: vbi populus loquētē audiuit: vt habet Exodi. xx. [et ostendit illi gloriā suam] scilicȝ in visione per essentiam [in fide] id est in fidelitate. Fuit enim valde fidelis [ꝛ lenitate ipius] Vn̄ dicit Numeri xxij. Erat enim moyses vir mitissim⁹ super omnes homines qui morabantur in terra [sanctum fecit illum] id ē mundum ꝛ firmum [et elegit eum in omni carne] .s. ad educēdum filios israel de egypto ꝛ vt esset legislator veteris testamenti [Audiuit enim eum et vocem ipsius] scȝ deprecationē pro relaxatione peccati israel i fabricatione vituli: vt patet Exodi. xxxij. [et induxit illuȝ in nube: et dedit illi cor ad precepta] scilicet dei opera adimplendo et alijs dicendo [et legem vite et discipline]

¶ Itē alia epistola de vno cōfessore Sapien. x.

Iustuȝ deduxit dn̄s p vias rectas: ꝛ ostēdit illi regnuȝ dei: et dedit illi sciam sanctorū. Honestauit illū in laboribus: et compleuit labores illius In fraude cir cūuenientium illi affuit: ꝛ honestū fecit illum. Custodiuit eū ab inimicis ꝛ a seductoribus tutauit eū. Et certamē forte dedit illi vt vinceret ꝛ sciret qm̄ oim̄ potētior est sapiētia. hec venditum iustum nō dereliquit: sȝ a peccatoribus liberauit eū. Descēditq̧ cū eo in foueā: et in vinculis nō dereliquit eū donec afferrȝ illi sceptrū regni et potentiā aduersus eos q̄ eū deprimebāt. Et mēdaces ostēdit qui maculauerūt illū ꝛ dedit illi claritatē eternaȝ dominus deus noster.

¶ Postilla.

¶ Iustū deduxit domin⁹ per vias ꝛc. In verbis huius lectionis cōmēdatus est iacob pater filiorum israel qui iustus fuit: ꝛ i mesopotamiā iuit fugiens irā fratris sui esau: vt habet Gn̄. xxvij. Et hic sub nomie iacob designatur laus istius cōfessoris cuius festum hodie celebrat: cū dicit [Iustuȝ deduxit dominus per vias rectas: et ostendit illi regnum dei] scȝ qn̄ vidit scalam cuius sūmitas tangebat celū ꝛ dn̄m innixuȝ scale: vt pȝ Gen̄. xxviij. Tunc enim habuit reuelationē de superna hierusalē: idcirco euigilans dixit. Non est hic aliud nisi domus dei ꝛ porta celi [ꝛ dedit illi scientiam sanctorum] id est noticiā de sanctis angelis quos vidit ascendentes per illam scalam [honestauit illū in laboribus] id est reddidit eum diuitem ꝛ inclituȝ ꝓ laboribus suis in custodiēdis ouibus laban auunculi sui: vt patet Gen̄. xxx. Ditatus est homo ille vltra modū ꝛc. [ꝛ cōpleuit labores illius] qn̄ deo protegente recessit de mesopotamia cuȝ vxoribus et liberis et diuitijs suis [in fraude circūuenientium] id est labam

et filiorum suorum qui nitebantur
euz decipere mutando frequentẽ mer
cedem suam: vt patet Gen. xxxi. [illi
affuit] multiplicando greges que se
cundum pactum debebant cedere in
mercedem iacob [⁊ honestuz fecit eũ]
ditando eum temporalibus et spũali-
bus diuitijs [et custodiuit eum ab ini
micis ⁊ a seductoribus tutauit illum]
id est a laban et eius filijs insequen-
tibus iacob recedentẽ ad spoliandu
eum: vt habetur Gen. xxxi. [et certa-
men forte dedit illi] scilicz cuz angelo
luctanti: vt habetur Gen. xxxij. [vt vin
ceret et sciret qm̃ omniũ potentior est
sapientia]. s. esau fratrem suum pro-
priũ sibi aduersantẽ. ad hoc eñ fuit il
la luctatio vt iacob assecutaretur de
victoria contra esau quem nimis ti-
mebat. Idcirco dixit sibi angelꝰ: si cõ-
tra deum fortis fuisti q̃tomagis cõ-
tra homĩes preualebis. Post hoc po
nitur aliud exempluz de ioseph: quez
vendiderũt fratres sui ismaelitis di.
[hec venditum iustũ] scz ioseph [non
dereliquit: sed a peccatoribus libera
uit eum]. i. a fratribus suis eum occi
dere volentibus [descenditq cũ eo in
foueam] id est in carcerem regis egy
pti: vt patet Gen. xxxix. Unde dicitur
ibidem. Fuit autem dominus cum io
seph: deditq ei gratiam in conspectu
principis carceris [⁊ i vinculis non de
reliquit euz donec afferret illi sceptrũ
regni] id est dominationem in regno
egypti post regem immediate: vt pa-
tet Gen. xli. [et potentiam aduersus
eos qui euz deprimebãt] scilicet phu-
tifar ⁊ vxorem eius quibus superior
factus fuit [et mendaces ostendit qui
maculauerunt illum] scilicet imponẽ
do sibi iniuste adulterium nam mali
tia mulieris fuit detecta [et dedit illi
claritatem eternam] scz bone fame q̃
manet adhuc ⁊ manebit vsq in finez
[dominus deus noster].

Item alia epistola de vno cõ fessore. Sapi. vij.

Optaui et datus est michi sensus: et inuocaui et venit i me spiritus sapientie. Et preposui illam regnis et sedibus: ⁊ diuitias nichil esse dixi in comparatione illius. Nec cõparaui illi lapidem preciosum: quoniã omne aurum in cõparatione illius harena est exigua: et tanq̃ lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem et spẽm dilexi illam: et ꝓposui pro luce habere illam quoniã inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem michi omnia bona pariter cum illa: et innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus suz in omnibus quoniam antecedebat me ista sapientia: et ignorabam quoniam horum omniuz mater est. Quam sine fictione didici et sine inuidia cõmunico: et honestatez illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus ẽ hominibus: quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitie dei.

¶ Postilla.

¶ Optaui ⁊ datꝰ est mihi sensus ⁊c. Ante initiuz illius lectionis dicit rex salomon sic. Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initiũ. Unꝰ ergo introitus est omnibus ad vitaz et similis exitus. Tunc sequitur pre-

sens lectio. Salomō desiderauit a do
sibi dari sapientiā di. [Optaui] scilicz
sapientie donuz [⁊ datus est mihi sen
sus] .i. donum sapientie ⁊ intellectus
[et inuocaui ⁊ venit in me spiritus sa
pientie] .i. spūssanctus qui dat sapien
tiam [et preposui illam regnis et sedi
bus: et diuitias nihil esse dixi in com
paratione illius. Nec comparaui illi
lapidem preciosum qm̄ omne aurū i
comparatione illius arena est exigua
et tanq̄ lutum estimabitur argentuz
in cōspectu illius] ⁊ ratio est. Quia di
uitie temporales communes sunt bo
nis et malis ⁊ frequenter concedun
tur malis pl⁹ q̄ bonis vt patet ad sen
sum. Sapientia autem vera de qua
fit hic sermo solis bonis conceditur
ideo bona exteriora respectu ipsi⁹ ve
re sapientie nullius valoris sunt repu
tanda [super salutez et speciem] id est
super sanitatem corporis et eius pul
chritudinem [dilexi illam] quia sani-
tas et ⁊ pulchritudo sunt perfectiōes
corporis. Sapientia vero perfectio ē
mentis: ⁊ ideo q̄to anima est melior
corpore: tanto sapiētia ē illis preferē-
da [⁊ pposui pro luce habere illaz] q:
sicut lux corporalis dirigit i corporali
b⁹ sic sapientia in spiritualibus [qm̄
inextinguibile est lumen illius vene-
runt autem mihi omnia bona parit
cuz illa] qd̄ patet. iij. Reg. vbi dicitur
q̄ salomon petendo sapientiā a domi
no non solum illam obtinuit sed etiā
cum illa diuitias ⁊ honores sup oēs
reges [⁊ inumerabil' honestas p ma
nus illius] id est per opera ipsius que
per manus designātur. eo q̄ manus
est organum organorum: vt ptz in. iij.
li. de aīa [⁊ letatus sum in omnib⁹ qm̄
antecedebat me ista sapientia] osten-
dendo mihi qualiter agere deberē [⁊
ignorabam] scilicet antq̄ ipsam ha-
berē [qm̄ hoꝝ oium mater est] sed ipā
habita cognoui [quaz sine fictione di
dici] scz a deo a quo ipsā deuote postu
laui: vt pz. iij. Reg. iij. Et a natan pro-
pheta cui fui traditus ad erudienduz
[et sine inuidia cōmunico] verbo vel
scripto. Scripsit eī̄ multos libros ad
nostrā eruditionem [⁊ honestatem il-
lius nō abscondo] Naz omnes reges
circūquaq̄ desiderabant audire sapiē
tiam salomonis [infinitus enim the-
saurus ē hominib⁹] id est inappretia
bilis [quo qui vsi sunt] opera sapiētis
exercendo [participes facti sunt ami
citie dei] scilicet tanq̄ conformes ei
in operibus suis que cōformitas cau
sa est dilectionis vt patet Ecclesi. xiij
Omne animal diligit sibi simile.

¶ Epistola de vno cōfessore et pontifice. Ad hebreos. v.

Omnis nāq̄ pōtifex
ex hominibus assum-
ptus p hominibus cō
stituitur in his que sūt ad de
um vt offerat dona et sacrifi
cia p peccatis. Qui condo-
lere possit his qui ignorāt et
errant quoniā et ipse circun
datus est infirmitate: et pro
pterea debet quemadmodū
p populo: ita et etiā p semet
ipso offerre dona p peccatis
nec quisq̄ sibi assumat hono
rē: sed qui vocatur a deo tan
q̄ aaron. Sic et christus nō
semetipm̄ clarificauit vt pon
tifex fieret: sed qui locutus ē
ad eum. Filius meus es tu:
ego hodie genui te. Quēad
modum ⁊ alio loco dicit. Tu
es sacerdos ineternum secū
dum ordinez melchisedech.

¶ Postilla.

¶ Omnis namque pontifex ex hominibus etc. Ante initium illius epistole scribit sanctus paulus dicens. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris temptatum autem per omnia. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius ut misericordiam consequamur et gratiam inveniamus. Tunc sequitur presens epistola. [Omnis namque pontifex] Glo. secundum legem [ex hominibus] i. de numero hominum [assumptus] non introductus [pro omnibus] s. salvandis [constituitur] ut per eum a deo impetret misericordiam: debet enim esse mediator dei et hominum [in his que sunt ad deum] Ly. i. spiritualibus et divinis [ut offerat dona] i. voluntarie oblata nobis violenter extorta [et sacrificia pro peccatis] s. populi [qui condolere possit his qui ignorant et errant] i. qui peccant ex infirmitate [quoniam et ipse] scilicet pontifex [circumdatus est infirmitate] Ly. debet enim pontifex moveri ad compassionem et misericordiam ex consideratione proprie fragilitatis. Unde et dominus permisit beatum petrum in peccatum cadere ut sciret aliis compati ex consideratione proprii delicti [et propterea] s. quia infirmus est et miseriis circumdatus [debet quemadmodum pro populo] sibi subdito [ita etiam et pro semetipso offerre dona pro peccatis] scilicet suis dimittendis sicut pro peccatis populi [nec quisquam sibi assumat honorem] scilicet pontificatus [sed qui vocatur a deo tanquam aaron] ille enim a deo vocatur qui debito modo instituitur [sicut et christus non semetipsum clarificavit: ita ut pontifex fieret] scilicet assumendo sibi honorem pontificatus [sed qui locutus est ad eum] scilicet pater qui glorificavit ipsum filium dicens [Filius meus] scilicet naturalis non adoptivus [es tu] singulariter [ego hodie] id est in eternitate [genui te] ille qui sic locutus est ad eum clarificavit eum [quemadmodum et in alio loco dicit] scilicet in ps. cix. [Tu es sacerdos in eternum] non ad tempus sicut aaron [secundum ordinem melchisedech] i. secundum dignitatem ritum ordinis sacerdotalis melchisedech.

¶ Sequuntur nunc ulterius epistole de virginibus. ij. Corinthi. x. et. xi.

Qui gloriatur in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est sed quem deus commendat. ¶ Hic incipit undecimum capitulum. Utinam sustineretis modicum quid insipientie mee: sed et supportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos uni viro virginem c[astam] exhibere christo.

¶ Postilla.

¶ Qui gloriatur in domino glorietur. Ante initium illius epistole scribit sanctus paulus in eo. ca. di. Non audemus nos inserere aut comparare quibusdam qui seipsos commendant. Tunc sequitur presens epistola [Fratres. Qui gloriatur] Hor. sive ego sive alius [in domino glorietur] Lyr. q. d. de bono opere non mihi gloriam attribuo sed deo a quo omne bonum est sicut a principali agente [non enim qui seipsum commendat] scilicet propriam gloriam querens [ille probatus est] i. approbatus a deo [sed quem deus commendat] Ly. i. commendabilem facit virtutibus.

Hic incipit undecimum capitulum.

Utinam sustineretis modicum quid insipientie mee] Hor. quod modicum gloriarer de regimine meo quia revera plus possem gloriari quod tamen secundum estimationem indiscretorum reputatur insipientia [sed et supportate me] Hor. i. patienter audite sicut subditi prelatum suum [Emulor enim vos] Ly. i. ferventer diligo [dei emulatione] id est charitativa dilectione [despondi enim vos] id est annulo fidei [uni viro] scilicet christo

Anthoyne Dubonail

[virginē]Ly. quantū ad fidei integritatem[castam] quantū ad vite puritatem[exhibere xp̄o] qui solus ē sponsus ecclesie.

¶Alia epistola de virginib⁹ i. Corinth. vij.

De virginibus p̄ceptuz non habeo cōsiliū autē do tanq̄ misericordiā consecut⁹ a deo vt sim fidelis. Existimo eniz hoc bonū esse ꝑpter instantē necessitatem: qm̄ homini bonum ē sic esse. Alligatus es vxori: noli querere solutiōez solut⁹ es ab vxore noli querere vxorē. Si aūt acceperis vxorē non peccasti. Et si nupserit virgo non peccauit. Tribulationē tn̄ carnis habebunt huiusmodi. Ego aūt vobis parco. Hoc itaq̄ dico fratres. Tempus breue est: reliquū est vt et q̄ habēt vxores tanq̄ non habentes sint ⁊ qui flent tanq̄ non flentes et qui gaudēt tanq̄ non gaudentes: et qui emūt tanq̄ nō possidētes: et qui vtunꝰ hoc mūdo tanq̄ non vtanꝰ. Preterit eni figura huius mundi Uolo autem vos sine sollicitudine esse. Qui autem sine vxore est: sollicit⁹ est que domini sunt quomodo placeat deo. Qui autē cuz vxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat vxori: ⁊ diuisus est. Et mulier īnupta et virgo cogitat que domini sunt vt sit sancta corpore ⁊ spū in xp̄o iesu dn̄o nostro.

¶Postilla.

¶De virginibus p̄ceptū nō habeo ⁊c. Ante initiū illi⁹ ep̄le scribit sanctus paulus in eo. c. Sanctificat⁹ est vir infidelis ꝑ mulierē fidelē. Tūc seqtur p̄ns ep̄la que legitur in missa de virginib⁹[Fr̄es de virginib⁹ p̄ceptum nō habeo]Hoꝛ.s. vt ꝯtineāt vel nubant[consiliū aūt do]Ly. tanq̄ de meliori bono.s. de ꝯtinēdo [tanq̄ miaz consecutus a deo]Hoꝛ.i. apl̄atū mihi misericorditer ꝯcessū[vt sim fidelis] in dispensatione mihi credita. Unde credenduz est mihi in consilijs. vnde ex hoc habetur q̄ acquiescenduz est consilio p̄lati[existimo eni hoc eē bonum]Hoꝛ.scz manere in virginitate ꝑpter instantē necessitatē [qm̄ homī bonū est sic esse] Ly. ad vitandū occupationē circa necessaria vite p̄ntis q̄ incumbit cōiugatis circa ꝓmissionē vxoris et prolis ꝑ quam homo retrahitur a bono contēplationis ⁊ diuine dilectionis[alligatus es vxori noli q̄rere solutionē]Lyr. quia forsitā caderes per incontinentiā. Experti eni delectationē venereorum in actu coniugali reuertuntur ad eā de facili[solutus es ab vxore: noli q̄rere vxorem]si vis continere quod maius est bonuz [si aūt acceperis vxorē non peccasti] Ly. q2 hoc est licitū viro ⁊ etiā mulieri[⁊ si nupserit virgo non peccauit]⁊ hoc ē manifeste cōtra illos hereticos qui condēnant matrimoniū [tribulationem tn̄ carnis habebūt huiusmodi]Hoꝛ.s. cōiugati q2 habebūt sollicitudinem et afflictionē pro reb⁹ necessarijs ꝓcurādis: ⁊ sibi et pueris suis Uñ leui⁹ est esse sine cōiugio[ego autem vobis parco]Ly. q.d. non solum ostendam vobis viā ꝑfectionis q̄ difficilis est in obseruantia virginitatis sed etiā matrimonium concedo: ad

quod licite potestis accedere conde- scendendo in hoc infirmitati vestre [hoc itaqꝫ dico fratres tempus ē]ly. scilꝫ vite humane: ergo quilibꝫ debꝫ inquantū pōt ad perfectionē conari q̄diu hꝫ tp̄s merēdi[Reliquū est].i. hoc solū restat ad agendū[vt qui hn̄t vxores tanq̄ non hn̄tes sint]Lyr.qđ fit dupliciter. Uno mō vt reddant de bitum non tamen exigant. Alio mō ꝑfectius vt vterqꝫ coniugū de cōi cō sensu incipiāt continere ꝓpter mai⁹ bonum adipiscendū [et qui flent].i. tristitie materiā hn̄t quod frequētī⁹ contingit in matrimonio ꝓpter va- rios casus contingentes circa coniu gem ꝓlem ⁊ familiā [tanq̄ nō flētes] scꝫ patienter sustinendo[et ex spe re- tributionis eterne consolationē reci piendo[⁊ q̄ gaudent].i. materiā gau dendi hn̄t ex aliqua tpali ꝓsperitate circa se ⁊ ꝓlem ⁊ familiā cōtingentē [tanq̄ non gaudentes]cogitando q̄ non est multū gaudendū nisi de bo- nis spiritualib⁹ ⁊ eternis. Prosperi tas enī tpalis frequenter vergit ma gis in nocumentū [et qui emūt tāq̄ non possidentes]Ly.cogitando q̄ nō habemus hic ciuitatē manentem: sꝫ futurā inquiramus[et qui vtuntur hoc mūdo] Lyr.i.qui possunt vti bo nis huius mūdi eo q̄ sunt diuites et corpe sani[tanq̄ non vtant̄].s.accipi endo de bonis pn̄tibus q̄to min⁹ pōt fieri salua tn̄ decentia status ⁊ ꝑsona rum[p̄terit enī figura huius mūdi] q.d.mundana quasi nihil estimanda sunt:q̄ preterit figura huius mundi Ly.id est exterior pulchritudo que ē in continua variabilitate:idcirco pa rum curandū est de bonis pn̄tis vite quia nihil est stabile [volo aūt vos si ne sollicitudine esse]Ly. loquēdo de sollicitudine superflua sp̄ualia impe diente[qui aūt sine vxore ē sollicitus est que domini sūt quomodo placeat deo].i.habet aptitudinem vt sit solli citus de bonis sp̄ualibus et eternis [qui autem cum vxore est]scꝫ in ma- trimonio[sollicitus est que sunt mū di quō placeat vxori] ⁊ i hoc casu vir pōt se sollicite ornare [⁊ diuisus ē].i. ꝑtim seruiat mundo ⁊ ꝑtim deo q̄tū cunqꝫ bene viuat in matrimonio [et mulier innupta].i. vidua [et virgo co gitat].i. maiorē facultatem habet co gitandi[que domini sunt] scilꝫ sp̄ua lia ⁊ eterna[vt sit sancta].s magis q̄ nupta [corpe].i.corporalibus bonis actionibus ⁊ operibus bonis [⁊ sp̄ū] id est spiritualibus actionibus ⁊ vir- tutibus[in christo iesu dn̄o nostro]

¶ Item alia epistola de vir- ginibus. Eccle.li.

Confitebor tibi dn̄e rex ⁊ collaudabo te deū saluatorē meū Cōfitebor nomini tuo qm̄ ad iutor et protector factus es mihi: ⁊ liberasti corpus meū a pditione a laqueo lingue ini que ⁊ a labijs operantiū mē daciū. Et in cōspectu astātiū factus es mihi adiutor ⁊ libe rasti me scđꝫ multitudinē mi sericordie nomis tui a rugiē tibus preparatis ad escā: de manibus querentium aīam meā et de portis tribulatio nū q̄ circundederūt me a pres sura flamme que circundedit me: et in medio ignis nō sum estuatus. De altitudine ven tris inferi ⁊ a ligua coinqui nata: ⁊ a verbo mēdacij a re- ge iniquo et a lingua iniusta liberasti me.

¶ Postilla.

¶ Confitebor tibi dn̄e rex et

collaudabo rc. Ante initium illius le ctionis habetur sic. Doctrinā sapien tie et disciplinę scripsit in codice isto Jesꝰ filiꝰ syrach hierosolymita. Bea tus qui versatur in istis bonis q̄ ponit illa in corde suo sapiēs erit. Tunc se quitur p̄ns lectio que legitur ꝓ ep̄la in missa de virginibus[Cōfitebor ti bi dn̄e]Ly. oīm rex p creationē[rex] p eorū gubernationē [et collaudabo te deum saluatorē meum]per specia lem mei ꝓtectionē[confitebor nomi tuo]scꝫ confessione laudis[qm̄ adiu tor et protector factus es mihi]scilꝫ ꝓtector i tēptatione dyaboli: r adiu tor in ꝓmotione boni [r liberasti cor pus meū a perditione]id ē a vitio gu le et luxurie[a laqueo ligue inique] id est a vitio detractionis [et a labijs operantium mendacium] scꝫ perni ciosum [et in conspectu astantium] id est angelorū qui ibi stant [factꝰ es mihi adiutor] cōtra hostes corpales et sp̄uales[et liberasti me scd̄m mul titudinē misericordie nōis tui a rugi entibus preparatis ad escam de ma nibus querentiū aīam meā] q: dya bolus tanq̄ leo rugiēs circuit q̄rens quem deuoret. i. Pe. v. [et de portis tribulationū q̄ circundederunt me a pressura flamme]scꝫ incentiuarū libi dinis[que circundedit me]scꝫ per fo mitem existentem in carne mea[r in medio ignis]. s. libidinosi ardoris[nō sum estuatus. De altitudine]. i. ꝓfū ditate[ventris inferi] scꝫ in qua pte sunt damnati. Sꝫ ad limbū patrū de scendebāt tunc sancti[et a lingua co inquinata] id est verbis scurrilibus et immundis [et a verbo mendacij] scꝫ pnicioso[a rege iniquo]. i. a dyabo lo qui est rex sup omēs filios supbie [et a lingua iniusta]id ē calumniāte alios sine causa[liberasti me secūdꝫ multitudinē misericordie nōis tui]

¶ Alia epistola de virginibꝰ Sap. viij.

Sapientia vicit mali tiam. Attingit ergo a fine vsq3 ad finem fortiter r disponit omnia sua uiter. Hanc amaui r exquisi ui eam a iuuentute mea: et quesiui mihi eā sponsam assu mere: r amator factus sū for me illius: generositatē illius glorificat cōtuberniū habēs dei. Sꝫ r dn̄s oīm dilexit eā. Doctrix est eni disciplinę di et electrix operū illius.

¶ Postilla.

¶ Sapiētia vicit maliciā rc. Ante initium illius epistole siue le ctionis scribit salomon sic. Neminē enim diligit deus nisi eum q̄ cū sapi entia inhabitat rc. Tunc sequitur p̄ns lectio[Sapientia]scilꝫ eterna[vincit malitiam. Attingit ergo a fine vsq3 ad finem fortiter] scilꝫ omnia creata penetrādo sua virtute[r disponit oīa suauiter] quia dat omnibus creatu ris formas et inclinatōes p quas mo uent naturaliter actus suos. Sicut lapidi grauitatem p quam naturali ter tendit deorsum[hanc amaui] scꝫ singulariter[et exquisiui eam a iuuē tute mea]scꝫ petendo a deo mihi da ri[et quesiui mihi eam sponsaꝫ assu mere]. i. eiꝰ meditationibꝰ isepabilr adherere r amator factꝰ sum forme illius]Est enim decor anīe assimilās eam decori creatoris[generositatem illius glorificat]. i. gloriosam cōfitetur [contuberniū h̄ns dei]. i. hō habens contuberniuꝫ dei p charitatē p quā homo manet in deo et deus in eo[sꝫ et dominus oīm dilexit eam]. s. inq̄ tum ipsa facit hoīes deo diligibiles [doctrix ē eni discipline dei] Naꝫ do num sapiētie facit habentē subdere se mandatis diuinis[r electrix opeꝝ

llius] Nā per ipāꝫ elegit homo ope
ra deo placita.

¶ Alia epl'a q̄ legitur i missis
cōibꝰ ꝓ dfūctis. Apocal. xiiij

IN diebꝰ illis audiui
vocem de celo dicen
teꝫ mihi. Scribe bea
ti mortui qui in dn̄o moriunt̄
Ammodo iaꝫ dicit spūs vt re
quiescāt a laboribꝰ suis: ope
ra em̄ illorū sequūtur illos.

¶ Postilla.

¶ In diebꝰ illis audiui voceꝫ
de celo dicenteꝫ mihi [Scribe] tanq̄
rem nobilissimā [Beati mortui qui i
dn̄o moriunt̄] Ly .i. in cōfessione dn̄i
nr̄i iesu xp̄i [Ammodo iaꝫ dicit spūs]
scꝫ sctūs qui cū pr̄e ⁊ filio est vnꝰ deꝰ
[vt requiescāt a laboribus suis] nam
in beatitudīe appetitꝰ totaliter quie
tabitur [opa enim illorum] scilꝫ que
sunt meritoria vite eterne [sequūtur
illos] scilicet in beatitudine quam re
cipiunt pro ipsis.

¶ Seq̄tur alia epl'a q̄ legit̄ in
p̄sentia defūcti .i. Thessal. iiij

NOlumus autē vos
ignorare frēs d̄ dor
miētibꝰ vt nō cōtri
stemini sicut et ceteri q̄ spem
nō habent. Si em̄ credimꝰ q̄
iesus mortuus ē ⁊ resurrexit
ita ⁊ deus eos q̄ dormierunt
ꝑ iesum adducet cuꝫ eo. Hoc
em̄ vobis dicimꝰ i verbo dn̄i
quia nos q̄ viuimus q̄ residui
sumus in aduētu dn̄i nō pre=
ueniemꝰ eos qui dormierunt
Qm̄ ipse dn̄s in iussu eti vo
ce archāgeli ⁊ in tuba dei de
scendet de celo: ⁊ mortui qui
in xp̄o sūt resurgēt primi: dei
de nos qui viuimus q̄ relinq
mur simul rapiemur cū illis i
nubibus obuiā xp̄o in aera ⁊
sic semꝑ cū dn̄o erimꝰ. Itaq̄
cōsolamini inuicē i v̄bis istis

¶ Postilla.

¶ Nolumꝰ aūt vos ignorare
fratres ⁊c. Ante initiū illius epistole
scribit sanctus paulus in eodem ca.
dicēs. Rogamꝰ vos fratres vt hone
ste ambuletis ad eos qui foris sunt ⁊
nihil aliud desideretis. Tunc statim
sequit̄ p̄ns epl'a [Nolumꝰ vos ignora
re fratres de dormientibus] Hor. i. de
mortuis quos dormiētes appellat ꝓ
pter resurrectionis facultatē: ita enī
de facili excitabuntur de morte sicut
dormiētes a sōno [vt nō contristemi]
incōsolabiliter de morte amicorū [si=
cut et ceteri] scꝫ infideles [q̄ spem nō
habēt] scꝫ resurrectiōis future. Sciē
dum q̄ infideles q̄ non h̄nt fidem re
surrectionis: tales h̄nt magnā causā
amicos defunctos lugēdi quasi incō
solabiliter: non aūt sicut xp̄iani q̄ ha
bent spem resurgēdi: ꝓpter quod re
prehēsibile ē xp̄ianis imoderate mor
tuos lugere qui in hoc assimilantur
infidelibꝰ spem future resurrectiōis
non h̄ntibus. Lugere autem defun=
ctos moderate est opus pietatis [Si
enī credimꝰ q̄ iesus mortuꝰ est et re
surrexit] Si pro q̄ nam ad articulos
fidei ꝑtinet credere Iesū xp̄e mortuū
fuisse ⁊ vere resurrexisse [ita ⁊ deus]
scꝫ pater qui suscitauit iesum [eos q̄
dormierunt] scꝫ somno mortis ꝑ ie=
sum] .i. i fide iesu xp̄i [adducet] scꝫ vt
sint in eadem beatitudine ⁊ imortali=
tate [cū eo] .i. cum xp̄o. vnde Ioh. xij.
Uolo pat̄ vt vbi ego suꝫ: illic sit et mi
nister meus [hoc enim vobis dicimꝰ
in verbo dn̄i] scilicꝫ quod docuit nos
[q̄ nos qui viuimus] Hor. id est qui
tunc viuemꝰ [qui residui sumꝰ] scili

et adhuc viui relictis ceteris iā mor
tuis[in aduētu dñi]scʒ ad iudiciū[nō
preueniemus] Lyr.in resurrectione
futura[eos qui dormierunt]id est lō=
go tempore ante mortui sunt:quia re
surrectio fiet virtute diuina q̄ operat̄
i instāti:quia in momēto in ictu ocu=
li resurgēt mortui [quoniā ipse dñs]
scʒ in ꝓpria ꝑsona[in iussu]Hor.id est
imperādi potestate :non in humilita
te sicut in primo aduentu.Non equi=
tabit sup asinam:nō portabit crucem
in dorso suo:vt patet Math.xxiiij.Ui
debunt filiū hominis venientē cū po
testate magna ⁊ maiestate[⁊ i voce ar
changeli]id est facto misterio alicuiꝰ
archāgeli qua dicetur.Surgite mor=
tui venite ad iudiciū[⁊ in tuba dei].i.
christi.Et vocat vocem illā tubā pro=
pter sonum eius terribilē[descendet
de celo]localiter i aere. Nam iudica
biti forma humana sicut dicit̄ Actu.i.
Hic iesus qui assumptus est a vobis
in celum:sic veniet quemadmodū vi
distis cum eūtem in celum[⁊ mortui
qui in xp̄o sunt]id est in eiꝰ fide mor=
tui[resurgent ꝑmi]tēpore scd̄m quos
dam:scd̄m alios nō tēpore sed digni=
tate[deinde nos q̄ viuimꝰ] Hor.i.illi
de nobis qui ceteris mortuis tunc vi
ui erūt[qui relinquimur].i.qui resi=
dui ab antixp̄i persecutionibꝰ erimꝰ
[simul cum illis]qui nos ad requieʒ
precesserunt[rapiemur in nubibus]
scilicet ab angelis[obuiaʒ xp̄o]Ly.i.
veniēti ad iudiciū [⁊ in aera]vbi pro
feret sententiaʒ iudiciȷ̄ super vallem
iosaphat.Unde Johelis.iij.Congre=
gabo oēs gentes ⁊ deducā eas in val
lem iosaphat:qr ibi sedebo vt iudiceʒ
oēs gentes[et sic semper cum dño
erimus]qr electi a xp̄o nō separabun
tur amplius:sed semper erunt sibi cō
iuncti:non solum in anima sed etiā i
corpore[itaqʒ ꝯsolamini]Glo.ordi.scʒ
de morte animarū[inuicem]scʒ alter
ad alteruʒ[in verbis istis].s.de resur
rectione fidelium.

¶Sequitur alia postilla i an
niuersario defūctorū.ij. Ma
chabeorum.xij.

In diebꝰ illis vir for
tissimꝰ Judas facta
collatione duodeciʒ
milia dragmas argenti misit
hierosolymam offerri ea pro
peccatis mortuorum iuste et
religiose de resurrectione co
gitans.Nisi eñ eos q̄ cecide
rant resurrecturos speraret:
superfluuʒ videretur ⁊ vanū
orare pro mortuis. Et quia
considerabat ꝙ hi qui cū pie
tate dormitionē acceperant
optimam haberent repositā
gratiam.Sancta ergo ⁊ salu
bris est cogitatio pro defun=
ctis exorare vt a peccatis sol
uantur.

¶Postilla.

¶In diebꝰ illis vir fortissimꝰ
iudas ⁊c.Ante initium illius epistole
legitur de maximis ꝓlijs ⁊ triumphis
que iudas machabeus cum fratribꝰ
suis di adiutorio obtinuit. Prio quā
dam ciuitatem firmā muris nomine
casphym in qua habitabāt turbe pro
miscuarū gentium que confidebant
in stabilitate murorum et agebant iu
deos maledictis lacescētes iudam ac
blasphemantes ⁊ loquētes que phas
non est dicere. Machabeus autē iuo
cato diuino auxilio innumerabiles i
terfecit vt stagnū circa iacens sangui
ne flueret.Itē post hoc iudas macha
beus cum sex milibus iuit cōtra thi=
motheum qui habuit.cxx.milia pedi
tum ⁊ equitum duo milia quingenti.
Et iudas cū sex milibus ꝓstrauit.xxx
milia viroꝝ.Item post hoc mouit iu=
das machabeus exercitum cōtra gor

giam prepositum ydumee cũ tribus
milib⁹ peditum ⁊ equitibus quadrin
gentis. Quibus cõgressis pauci rue
re iudeoꝝ. Post hoc venerunt sepeli
re interfectos de iudeis: ⁊ inuenerũt
sub tunicis interfectorũ de donariis
ydolorũ. Lyr. id est de rebus preciosis
cultui ydoloꝝ dedicatis a quibus lex
ꝓhibet Deut. vij. Omnibus ergo ma-
nifestũ est ob hanc causã eos corruis
se: omnes itaq; benedixerunt iustum
iudicium domini qui occulta fecerat
manifesta. Tũc post hoc sequitur pre
sens lectio[In diebus illis. Vir fortis
simus Judas facta collatione duode
cim milia dragmas argẽti misit hiero
solymã offerri ea ibi pro peccatis mor
tuorũ] Ly. scilicet sic interfectorũ ĩ bel
lo[Juste ⁊ religiose de resurrectione]
scꝫ futura[cogitans. Nisi eñ eos qui
ceciderant resurrecturos speraret su

perfluum videretur ⁊ vanum orare ꝓ
mortuis. Et quia cõsiderabat ꝙ hi q̃
cũ pietate dormitionem acceperãt op
timam haberẽt repositam gratiã. Sã
cta ergo ⁊ salubris est cogitatio ꝓ de
fũctis exorare vt a peccatis soluant]
sed forte videretur alicui ꝙ factũ hoc
fuit frustra: eo ꝙ isti sic interfecti vidẽ
tur mortui in peccato mortali haben
tes secum donaria. Rñdet nycola⁹ de
lyra. ꝙ iudas machabeus ⁊ socij eius
debebant ꝓbabiliter iudicare ꝙ illi ĩ
terfecti penituissent in morte: ⁊ sic ora
tiones, ⁊ oblatiões valebãt eis ꝙ mor
tui erant in statu salutis.

[Postilla epistolarum ⁊ euange
lioꝝ dominicaliũ: necnon de sanctis
Feliciter finit. Ex, parisijs per, magi-
strũ Andreã bocard. Die vero. xxviij.
maij. M. cccc. xcvij.

Amen alii dicunt verbum optativum [illegible]
sed libera nos a malo amen [illegible]
Et alii est adverbium [illegible]
resurrectionem vitam eternam Amen [illegible]
[illegible] deserte [illegible] deserte
Amen alii dicunt adverbium affirmandi vt ibi amen
dico tibi [illegible] vere dico tibi. Amen alii [illegible]
et tunc [illegible] Amen [illegible]

Firmat [illegible] notat Amen
[illegible] notat amen
[illegible] super [illegible]

